

Handwritten text, possibly a title or author's name, in the top left corner.





001E


11.6.11.



- 1.) Georg. Radov de pecunia usura, Rostoch. 1677.
- 2.) Sam. Stryck de jure pignoriandi ~~Fl.~~ 1677.
- 3.) Joh. Georg. Simon de jura poculorum Jen. 1677.
- 4.) Sam. Stryck de possessione instrumentali Franc. 1678.
- 5.) Joh. Heinr. Böbiger de presumptionibus Helms. 1678.
- 6.) Sam. Stryck de jure Principis extra territorium Fl. 1676.
- 7.) Joh. Heinr. Böbiger de protestationibus Helms. 1676.
- 8.) Sam. Stryck de jure Protocolli 1672.
- 9.) H. de purgatione mora Fl. 1677.
- 10.) H. de jure reverentiali 1671.
- 11.) H. de saecularis et directariis 1677.
- 12.) H. de falso jure principis 1676.
- 13.) H. de stylo curiae 1678.
- 14.) H. de jure testandi inter liberos Fl. 1671.
- 15.) H. de transitu militum. Fl. 1675.
- 16.) Peter Schultze de jure venandi 1677.
- 17.) Joh. Frid. Rheti disert. XI. 1) de statuis Rolandinis, 2) de
de statuis circa sacra. 3) de secularisatione, 4) de statu
German. circa subditos 5) de jure portionis alimentariae,
6) de dignitatibus Imperii R. G. 7) de absoluta principis po-
testate 8) de officio 9) de pace. 10) de jure portuum
11) de sarcina emigrantium.







QUOD DEUS BENE VERTAT. 2

DISSERTATIO JURIDICA.
DE
JURE PIGNORANDI

VOM
Pfändungs-Recht /

QUAM
MAGNIFICO ICTORUM ORDINE CONCEDENTE,

IN
ILLUSTRI VIADRINA

PRÆSIDE
DN. SAMUELE STRYKIO, J. U. D.

COM. PALAT. CÆSAR. ET PANDECT.

PROFESS. ORDINARIO

DOCTORE ac HOSPITE SUO DEVENERANDO

IN

AUDITORIO ICTORUM

D. April. ANNO MDCLXXVII,

PUBLICO ERUDITORUM

EXAMINI SUBMITIT

CASPAR JACOBUS de JAGOVV.

EQU. PALÆO - MARCHIC.

FRANCOFURTI AD ODERAM,
Typis Hæredum JOHANNIS ERNESTI,

ODORUS DE VITAT
DISECTIO JUDICIA

MAE PIGNORANDI

DE JUDICIA

MA JUDICIA

ILLI ERIT VINDICIA

PRIME PRIMA

DE JUDICIA

DE JUDICIA

DE JUDICIA

DE JUDICIA

DE JUDICIA

DE JUDICIA

DE JUDICIA

DE JUDICIA

DE JUDICIA

DE JUDICIA





Feliciter!

Nurpe Patricio ac Nobili esse, jus, in quo versaretur, ignorare; *Quintus Mutius* olim objurgando *Servium*, existimavit. (L. 2. §. 43. ff. de O. J.) Quippe hoc egregio Civi incumbit quam maxime, ut vitam, ut actiones omnes, Reipublicæ Legibus conformes reddat. Quo digniori quisq; constitutus loco, eò majori cura ipsi esse debet *Respublica*, & per consequens fulcimenta *Reipublicæ*, *Leges*. Quod si verò his ipsis submittere se velit exactè; noverit illas in antecessum, omnino interest. Uti enim non solet ignoti esse cupido, ita nec ignotarum *Legum* *Juriumque* observantia ulla. Nec suffecerit hic solius *Rationis* usus. Delicati enim sunt, qui nihil, nisi quod sibi ita videtur, justum estimant. De *Imperatore* equidem aut *Principe* asseritur, quod omnia jura contineat in scrinio pectoris. Sed malè ea propter intuleris; omnia jura esse in scrinio *Rationis* privati cujuscunq;. Constat suum *Principi* circa jura humana arbitrium, quæ adeo pectori ipsius inherent, ut si has illasve *Leges* bono publico non profuturas amplius viderit, pro lubitu, nunquam tamen publica salutis moderamine neglecto, eas immutare, & ex pectoris sui scrinio alias substituere possit. Si privatorum *Rationi* idem daremus, plures haberemus *legum* *Latores*, quam *observatores*. Interest ergo publice, ne cuivis sibi justum pro placito fingendi licentia sit; sed ad *Regulam* certam revocandi omnes, cui parile præstent obsequium. Hanc verò *regulam* ignorantem, quis extra turpitudinis notam collocaret; quis dignum *Republ.* civem pronuntiaret, cui vinculum illud, quo salva *Res* stat *Publica*, incognitum. Etenim si factum proprium ignorare fas non est,

A 2

que

quo jure facta Reip. qualia sunt Leges, ignorabit. Ipse enim membrum illius Mystici Corporis Reipub. est, hinc alienum dici nequit, quod ipsa voluit Respub. Verum, cum non in omni loco iisdem vivatur legibus, bas maximè nosse interest, quas Patria servat. Patria debemus maximam nostri partem, eidemq; præcipuè sumus nati; Ergo ut Jurium in patria receptorum gnari simus, summa efflagitat ratio. Quod mecum penitus perpendens, non diu deliberandum fuit, quo argumenti genere PATRIÆ meæ, ejusdemq; PROCERIBUS, Studia mea qualiacunq; probarem. Nolui peregrinis aut obsoletis juribus tempus consumere, sed domestico themate me meæ Patronorumq; intentioni satisfacturum existimavi. Scilicet & mihi turpe esse duxi, Jus, in quo versarer, ignorasse. Quapropter PIGNORATIONUM JURA, non universa, nec illa, qua Legibus Imperii hac de re cauta, sed quatenus in MARCHIA, Patria mea Carissima, eadem præcipuè frequentata, exhibebo. Vereor tamen, ne dum Patrii Juris aliqualem mihi tribuo notitiam, mox, quod in eodem Jure erraverim, notam incurram ac objurgationem. Sed excusabit me vulgatum illud, utinam non verum! Marchia utitur Jure incerto. Incerta enim esse hic fere omnia; Stylum Camera, Constitutiones, Consuetudines, Statuta, ab aliis me audivisse memini; quamvis ego juvenis adhuc adserere idem non ausim. Exoptandum tamen omnino, ut tandem Justiniani Imperatoris exemplo, (§. 1. proœm. Inst.) postquam Sudores bellicos Gentes sub juga PATRIS PATRIÆ redacta cognoverunt, & Victoriis à Cœlesti Numine præstitis Provincie avulse iterum ditioni Marchicæ, ejusdemq; Imperio addite, tandem & Constitutiones Marchicæ hætenus confuse, in luculentam erigantur consonantiam. Interea vero mihi ex incerto Jure certum inquirenti, veniam à Benevolo Lectore polliceor certissimam. PATRIÆ vero meæ PROCERES, ut adfectu benigno suppleant, quas hinc indè in presenti specimine observaverint, lacunas, eâ qua par est modestia obtestor. Sit itaq; propitio Numine.

CAPIT I.
DE
PIGNORATIONIS ORIGINE
ET NATURA,
SUMMARIA.

| | | | |
|---|-------------|---|--------------|
| Ingressus Disputationis. | n. 1. | Nisi Dominus pecoris ignoretur. | n. 21. |
| Descriptio Pignorationis. | n. 2. seq. | | |
| Quare dicatur privata detentio? | n. 4. | Rationes pro permissa Jure Civili inclusionem pecoris. | n. 27. & 28. |
| Personarum pignoratio regulari- ter non permittenda. | n. 5. | Respondetur illis. | n. 29. seq. |
| Dantur hic mandata sine clausu- la. | n. 8. | Aliqua pignoratio jure Romano concessa. | n. 31. |
| In hac Disp de pignoratione rerum tantum agitur. | n. 9. | Scilicet, qua fit vi Jurisdictionis. | n. 33. |
| Unde Pignoratio dicatur, & qua- re sit manus injectio? | n. 10. | An Jure Canonico pignoratio be- stie permissa. | n. 34. seq. |
| Quid feudum pignoratitium? | n. 11. seq. | Quid Jure Divino? | n. 36. |
| Feudum pignori datum, non mox est pignoratitium. | n. 14. | Pignorandi Jus est ex consuetudi- ne. | n. 37. seq. |
| An pignoratio jure Communi sit illicita? | n. 15. | Quid olim in Imperio obtinuerit. | n. 39. |
| Pignoratio alterius pro altero pla- ne illicita est. | n. 16. seq. | An consuetudo pignorandi injusta. | n. 40. |
| Etiam pignoratio ipsius debitoris, vel rerum ipsius non est permis- sa. | n. 18. seq. | Bestia pignorata non privatim re- tinenda, sed judici offerenda? | n. 41. |
| Qua hoc casu poena obtineat de Ju- re Communi. | n. 20. seq. | Repressalia à pignoratione an dif- ferant? | n. 43. |
| Nec pecora Jure Civili pignorari possunt. | n. 23. | Aliquot differentiae proponuntur. | n. 45. seqq. |
| | | An Arrestum cum pignoratione conveniat. | n. 49. |
| | | An spoliolum. | n. 51. |



An Jus retentionis, n. 53. | Exemplum retorsionis Marchi-
An jus retorsionis conveniat? n. 55. | cum. n. 56.

1. **N**E in limine Te detineam, Lector Benevole, rem ipsam, de qua mihi agere animus est, aggredior ilico. Propositi enim mei ubivis memorero, scilicet me brevissimis, quantum unquam licuerit lineis, præsentem materiam exhibiturum. Cum vero Disputationis titulus ostendat, de Pignoratione me acturum, è re esse putavi, ab ipsa definitione ad monitum *Gloss. in Rubr. ff. de Testam.* rem auspicari. Definitur verò vel potius describitur Pignoratio, quod sit *privata quadam detentio adversarii, in persona, vel rebus, aut hominibus ipsius facta, ad eum videlicet finem, ut mediante pignoratione quis conservet jus suum, & is, quo cum lis alitur, facilius ad concordandum nobiscum adigatur*, prout eam
2. describit *Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 2. n. 286.* Aliis brevius eam describere placet; quod pignoratio sit privata manus injectio, qua capiendo personas vel res alterius jura nostra conservamus & damna repellimus *DN. Struv. Tr. de vindict. Priv. cap. 13. §. 1.* Res eodem recidit, licet aliis aliisque verbis utantur Doctores; Dicitur autem privata detentio, quia non Magistratus Jussu vel non implorato Judice exercetur; nec obstat, quod tamen Judici Jurisdictionem habenti, res pignorata præsentari debeat; Respondeo enim verbum *detentionis* capitur hic pro captione ipsa, vel pro initio detentionis, quia per 20. horarum spacium res ablata, à pignorante detineri possunt. *arg. L. 25. ff. Ad L. Jul. de Adult. vid. Coler. Dec. 136. n. 20.* postea vero Judici eas offerre debet pignorans & denunciare, ut consequatur damni sui reparationem, & ut fortius defendatur in sua possessione
- Coler.*

ORIGINE & NATURA.

Coler. de Proc. Exec. P. 1. c. 3. n. 123. In persona adversa³ 5.
 rii, & ipsius hominibus, non ita facile pignoriatio, quam
 in rebus, procedit. Multo minus alter pro alterius de-
 bito detinendus. Admodum enim iniquum est, cum ali-
 as nec Pater pro filio, nec maritus pro uxore conveni-
 ri possit. *t. t. C. Ne Pat. pro fil. Ne Ux. pro Marit.* alium
 ratione familiae penitus extraneum, pro alterius debito
 velle excutere: quod adeo iniquum existimavit Imp. ut
 juri naturali penitus contrarium esse dixerit, alium pro
 alterius debito detinere *L. un. C. Ut null. ex Vicari. pro al.*
Vicari. deb. ten. Postea quoque poena quadrupli tale fa- 6.
 ctum vindicandum existimavit. *Nov. 52. cap. 1. & Auth.*
Sed omnino C. Ne Ux. pro Marit. Et sane quo dignior 7
 persona rebus est, & major earum excellentia *L. Sanci-*
mus 21. in fin. C. de SS. Eccles. eo magis a personarum de-
 tentione abstinendum, & eo maturius & perspicacius
 hoc casu erit agendum *Gail. de Pignorat. Obs. 13. n. 6. &*
seqq. Imo in Cam. Imperiali facile mandata sine clau- 8
 sula justificatoria ad pignorum preces dari debent,
 ut pignorans absque mora & contradictione captivos
 dimittat, recepta tamen prius a pignoris cautione, de
 restituendo, vel reponendo se, si pro pignorante fuerit
 sententia lata *Ordin. Cam. Imp. p. 2. c. 22. sub tit. von der*
Pfandung pr. Gail. de obs. 13. Conf. Dn. Textor. ad Recess.
Imper. noviss. Disp. 8. th. 13.

Non immorabor ulterius pignorationi persona- 9
 rum, quippe quae extra instituti limites est, cum mihi in
 sequentibus de Pignoratione rerum, tantum agendum
 veniat, quatenus pro juris nostri, vel libertatis tuitione
 res alterius occupare & includere licet; seu quatenus
 etiam damnum, quod ab altero injuria passi sumus, pi-
 gnori capiendo res ipsius, reparare intendimus. Ea- 10
 pro-

propter enim pignorationem à pugno dictam vult *Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 2. n. 253.* quod pugno vel manu capiatur res alterius in securitatem juris vel damni perpeffi, cum & pignus à pugno derivari Jura nostra statuunt *L. 238. §. 2. de Verb. Sign.* unde patet, commodè satis ad sensum vocabuli pariter ac rei pignorationem describi, quod sit manus injectio, uti superius dictum n. 3.

- II Daretur hic amplissimus excurrendi campus, si de vocabulis sollicitus esse vellem, ad feuda pignoratitia; quæ plane alio sensu ita dicuntur, cum nihil privatæ autoritatis ibi accedat, sed tota res arbitrio Domini & Vasalli absolvatur. Est enim *Feudum Pignoratitium* ein *Pfand Lehen* / quando Dominus accepta certæ pecuniæ summa, sed reservata sibi reluendi potestate, aliquem de certo feudo investit, ut illud tamdiu feudi nomine retineat, fructibusque ejus fruatur, donec pecunia credita fuerit restituta *Scbrad. de feud. p. 2. c. 4. n. 57.* Quod inde etiam feudum improprium dicitur, quia non conceditur hac intentione, ut perpetuò apud vasallum maneat, sed donec Dominus pretium restituerit, hinc & à quovis herede etiam foemina, tamdiu donec pretium restitutum, detineri potest *vid. Struv. Syntag. Jur. Feud. c. 4. tb. 14. n. 1.*
- 14 *Conf. Webner. Observ. Pract. sub. voce Pfand Lehen.* Ex quo apparet si alicui feudum pignori datum, etiamsi accesserit consensus Domini, non tamen inde fieri feudum pignoratitium; aliud enim est Jus pignoris habere in feudo, aliud, habere feudum pignoratitium. Ad hoc investitura Domini opus est; Non ad illud: ubi nudus Domini in hypothecam consensus sufficit. Ob quam causam etiam Germanorum phrasès differunt; *Ich habe einen Pfandschilling auff dem Lehn/oder ich habe ein Pfand Lehn*; Prius illud neminem Vasallum efficit.
- Sed

Sed ut ex diverticulo in viam revertar, de origine 15
 Pignorationis paucis dicendum, an scilicet hoc jus tantum
 Germanorum moribus adscribendum, an verò etiam ju-
 re Communi pignoratio concessa? Et sciendum hic, 16
 nos non loqui de pignoratione, quæ ob delictum vel de-
 bitum alterius in alium exercetur, hæc enim in totum
 prohibita, sub pœna quadrupli, & amissione juris *Nov. 52.*
c. 1. de quo superius jam dixi n. 5. & seqq. Quod etiam, 17
 extenditur, ut nec pro debito universitatis liceat cape-
 re personas villæ alicujus. Nam quod universitas debet,
 singuli non debent *L. 7. ff. Quod cujusq; Univ. & si Ma-*
gistratus sub tali pacto contraxerit, hoc ipso jure nullum
est, nisi accesserit consensus omnium Civium B. DN.
Brannem. in Comm. C. ad L. un. Ut Nulius ex Vicar. pro ali-
is Vicar. Deb. teneat. Sed sermo hic est de Pignoratione, 18
 quæ pro conservando cujuslibet jure, in persona adverfa-
 rii, vel rebus ipsius, privata potissimum auctoritate insti-
 tuitur; hancq; itidem prohibet Jus Civile, non solum in
 personis, cum non liceat liberum corpus pro debito pe-
 cuniario detinere vel pignorare. *L. Ob es 12. C. de O. & A.*
Conf. Gothofred. in suis marg. ibid. lit. Z. (quanquam & de
 pignoratione personarum me hac Disputatione non
 acturum superius dixerim:) sed etiam ipsorum bonis 19
 vim inferre non patitur. Optimum enim esse dicit Jctus,
 ut, si quas putas te habere petitiones, actionibus expe-
 riaris *L. Exstat. 13. ff. Quod Metus Causa.* Pro vi enim repu- 20
 tatur, qui id, quod sibi debetur, non per judicem reposcit,
 sed proprio ausu rem debitoris intrat, & debitum tali
 modo extorquet *L. penult. ff. Ad L. Jul. de Vi Priv.* Inde 21
 si proprias res ab alio detentas, privato ausu quis inva-
 dat, eas restituere, amisso suo dominio, possessori tene-
 tur; si alienas res, eas non solum restituere, sed insuper

B

æsti-

- æstimationem præstare cogitur *L. Si quis in tantam. 7. C. Unde Vi* quæ præstatio non fisco, sed ei, cui res adempta
 22 adjudicatur *B. DN. Brunnem. in Comm. C. ad d. L.* Quas
 leges adhuc hodie, extra Saxoniam, valere, ex *Menoch.*
tradit Dn. Brunnem. Exerc. 24. ad 7. t. 2. §. 1. ubi insimul li-
 mitationes habet, quando locum non habeant.
- 23 Lex Civilis nondum in hoc acquiescit, verum ad-
 huc ulterius procedit, ut non permittat Domino, licet
 alienum pecus in agro suo reperiat, quod damnum de-
 derit, istud includere, de quo extat famosa illa *L. Quintus Mutius 39. Ad L. Aquil.* sed istud sic expellere debet,
 quomodo si suum deprehendisset; inde etiam actionem
 contra illum promittit Imperator, qui equam prægnan-
 tem ita per culpam ejecit, ut postea abortum passa fu-
 24 erit *d. L. pr.* Pro damno enim, quod nobis illatum est,
 competentibus actionibus, cujuscunque generis animal
 sive quadrupes, sive aliud, pauperiem fecerit, experiri
 licet *d. L. 39. sc. de pauperie*, quando animal mansuetum,
 commota feritate contra naturam damnum dederit *L.*
1. §. 3. & 4. ff. si Quadrup. Paup. fec. Vel actione legis
 Aquiliæ, si hominis facto pecus depaverit frumentum;
 aut actione de pastu, si motu proprio gramina depascat
 25 *vid. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 18. tb. 2. lit. D.* Limita-
 tur tamen dicta assertio ex jure Civ. ut animal nocens
 includere non liceat, tanquam pignus, includere verò
 liceat, Domini detegendi causa i. e. si Dominus ejus
 ignoretur, quo casu tamdiu retineri potest, donec Do-
 26 minus qui conveniri possit, appareat; Hocque facile col-
 ligi potest ex allegata & sæpius repetita *L. 39.* Habetur
 enim in ea, quod contra Dominum agere debeat; si agere
 debet, necesse est, ut hunc noscat, hoc vero non aliter
 commodè inquiri potest, quam detentione animalium;
 com-

comparente tamen Domino, ilico restituere debet pecus, & postea agere de damno illato *Bacov. ad Treut. Vol. 1. Disp. 18. tb. 2. lit. C. in fin.*

Patescit ex dictis, genuinus sensus *d. L. 39. cui se* 27
 alii opponunt, & inclusionem, quæ Dominum ad satisfactionem compellendi causa fit, ibi prohibitam, non admittunt, quam sententiam juvat, (1. Quod ratis vi fluminis in agrum meum delata, retineri possit, donec de damno per eam illato, Dominus ejus caverit *L. Ratis. 8. ff. de Incend. Ruin. Naufr. L. Hoc amplius. 9. §. 1. & §. 3 ff. de Damn. Inf.*) (2. Ex causa pastus retentionem animalis 28
 vel ideo cum Jure Civili congruam putant, quod impensarum, in rem conservandam factarum, nomine (quales sunt alimenta:) Jus pignoris tribuatur impendenti *L. Interdum 5. cum L. seq. ff. Qui pot. in pign.* Si jus pignoris, ergo & retentionis, aluntur enim pecudes pastu. Ve- 29
 rum his non obstantibus, firma stant pede, quæ supra occasione *L. 39. ff. Ad L. Aquil. deducta*; Nec enim obstat 1. Argumentum à rebus inanimatis, quæ victu & alimentis non indigent, ut animalia, neq; fructus producant, quibus interim carere debeat Dominus; & secundò, non habeo aliam actionem contra dominum ratis, ideo per retentionem mihi consulitur; ibi habeo actionem, scil. de pastu pecoris *Bartol. ad L. 9. ff. De Dam. infect. 2.* Concedimus Jus pignoris ei, qui in rem conservandam 30
 credidit *L. 5. ff. Qui pot. in Pign.* imo & jus retentionis ei largimur, qui impensas fecit in rem aliam *arg. L. 5. ff. de Impens. in rem dot. fact.* At quid hoc ad nostrum casum? ubi Dominus fundi nihil credidit, nihil impendit, nec alimenta præbuit animali, sed gramina ipsa invito fundi Domino sibi carpsit pecus, ubi non magis de retentione, quam de occupatione, apprehensione & inclusione

8
 quæstio est, quæ omnia prolixius deducit *DN. Thome Tr. de Nox. animal. cap. 23. n. 9 seqq.*

31 Apparet autem ex jam adductis, pignorationem pecudis, damnum dantis, jure Rom. illicitam esse; Inde tamen omnem pignorationem eodem jure improbari, asserendum non est; Quatenus enim pignoratio medium compellendi & coërcendi contumaciam est, eate-
 32 nus jure Romano utique permessa. Sic Tutor qui cautionem præstare recusaverit, pignoribus captis ad id compellitur. §. 3. *Inst. de Satisdat. Tut.* quod ipsum pariter obtinet, si quis jus dicenti obtemperare noluerit, quod tunc pignoribus captis eò adigi possit *Wesenbec. Paratitl. ff. ad Tit. Siquis Jus dic. non obtemp. circa fin.* Di-
 33 cerem ergo, pignorationem, quæ fit vi jurisdictionis, jure Romano illicitam non esse; sed illam tantum, quæ fit privata autoritate.

34 An verò Jus Canonicum has privata autoritate institutas pignorationes toleret, quæritur? Extat de pignorationibus textus in *c. un. de Injur. in 6.* Ubi prohibitio pignorationum jure Civili facta, approbatur. Verum cum ille textus de pignoratione personarum agat, non poterit quidem commodè ad pignorationem bestiarum damnum dantis extendi; cum, uti superius dictum, major ratio & dignitas sit personarum, quam rerum aut be-
 35 stiarum. Interim cum in dubio inter Jus Civile & Canonicum diversitas admittenda non sit, nisi manifesto eadem appareat, dicendum erit, nec jure Canonico inclusionem bestiarum licitam esse. Jus Divinum non videtur penitus à jure Pignorandi alienum. Etenim *Prov. 20. v. 16. & c. 27. v. 13.* ita expresse cautum; *Nim dem sein Kleid der für einem andern Bürge wird und pfände ihn umb des Unbekandten willen.* Quamvis hæc loca commo-
 36 de

ORIGINE & NATURA.

de explicari possint, de executione ob fidejussionem non privata autoritate, sed per judicem facta; Cum enim Deus ipse judicia voluerit constituta, simul voluit, ut per judicem quisque, quod sibi debetur, exigat.

Præcipue ergo Consuetudini adscribendum est jus 37
pignorandi, quam in Belgio multisque aliis locis receptam esse, testatur Groenwegen *de Legib. Abrogat. ad L. 39. ff. Ad L. Aquil. Thoma de Nox. Animal. cap. 23. n. 17.* Imo 38
in tota Germania ex generali fere consuetudine pignorationes permissas esse, docent Habn. *ad Wesenb. Tit. Si Quadrup. Paup. fec. n. 6. Carpz. p. 2. C. 26. d. 1. Johann Köppen Dec. 41. n. 11. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. Tit. 11. ad Rubric. n. 10.* quod idem de Marchia Brandenburgensi testatur Scheplitz. *p. 4. t. 21. Et Dn. Köppen d. Dec. 41. n. 11.* ait, quod in Marchia & aliis Germaniæ locis ad instar juris & observantiæ Saxonici pignorationes fiant. Multos alios auctores hic cumulare liceret, nisi jam tum consuetudo hæc fere ubique nota in vulgus esset. Imo olim in Germania per Leges quoque publicas magna pignorandi licentia fuit, ubi ob quodvis debitum, contra morosum debitorem ea fuit permessa *vid. Recess. Imper. de Anno 1442. Rubric. wie man pfänden soll.* Sed hanc constitutionem obtinuisse ante promulgatam Pacis publicæ Ordinationem, & postea publicæ tranquillitatis in Imperio conservandæ causa aliud placuisse, monet Dn. Textor *Ad Recess. Imper. de Anno 1654. Disp. 8. tb. 12. seq.*

Non injusta autem videtur consuetudo talis obinde, quod quis sibi ipsi ferme jus dicere videatur, cum nullum dubium sit, valere statuta vel consuetudines de occupandis rebus debitoris propria autoritate *vid. Köppen. Dec. 41. n. 12.* imò & inter privatos talia pacta licita esse, de quo inferius dicam pluribus. Ut tamen hæc licentia 41

tiâ privatis indultâ, publica non labefactetur autoritas, ubivis fere locorum receptum, ut captura quidem privato arbitrio relicta sit, sed bestia capta ad locum publicum, ut ibi custodiatur, deducenda; quod & in Belgio obtinere testatur *Groenwegen d. l.* Et pœnam pignoranti hoc non observanti dictandam esse, monet *Mev. ad Jus Lubec. d. Tit. 11. ad Rubric. n. 12.* quod si enim hoc non fieret, facile pignorationibus potentiorum opprimerentur illi, quibus res angusta domi est; quibus tamen, si manibus judicis res commissa sit, facilior res suas recuperandi datur ansa. Imò olim in Imperio, ubi permessa erat pignoratio, si pignora judici non insinuata, pro Spolio hoc reputabatur: quae de re ita cavetur in *d. Rec. Imp. de Anno 1442.* wâhre auch/ daß der Pfänder dieselben Pfande nicht in des nächste Schlos oder Stadt/da ein Gericht in wâre/triebe/ so soll man das vor einen Raub halten.

43 Differentia autem Pignorationis, à Repressaliis, ab Arresto, Spolio, item Jure Retentionis, hic paucis notanda venit, ne unum pro altero capiatur; Et Repressaliæ quidem, licet idem cum pignorationibus in jure esse videantur *per Auth. Ut non fiant Pignorationes pro al. Person. Collat. 5. sive Novell. 52.* Quod idem etiam auctoritate Pontificis fit in *C. unic. de injur. & Dam. dat. in sexto;* præsertim cum per Repressalias id ab initio actum videbatur, ut res ablatae pignori interim sint, donec Repressaliatus à Judice suo impetret, ut justitiam amplius non deneget; sed de restituendis utrinque rebus cogitare, 44 incipiat *Dn. Ziegler. Disput. de Jure Repressal. § 5.* Si tamen penitus introspeciamus materiam cujusque remedi, non exigua inter hæc duo est diversitas, non tantum inter pignorationes rerum & pecudum; sed & inter pignorationes personarum. Quomodo autem ab illis sc. pigno-

pignorationibus rerum & pecudum differant, non adducam, cum hæc in oculis omnium sint; De his vero, scilicet personarum pignorationibus paucis dicendum. Primo 45 enim differunt origine, cum Pignorationes sint inventum jûris consuetudinarii, vel statutarii alicujus loci, & jure communi prohibeantur *Nov. 52. c. 1.* Repressaliæ autem sunt inventio juris Gentium, quippe bellorum indolem sapiunt, *per Gloss. in c. Dominus C. 23. q. 2.* ut hinc cui juri bella, illi & repressaliæ sint adscribendæ. Secundò dif-46 ferunt causa; pignoratio siquidem tum fere locum habet, quando ob debitum vel delictum alienum alterius persona, donec damnum restituatur, detinetur; Repressaliæ verò oriuntur, si quando denegata est nobis, ab extraneo Magistratu, cujus subditus damnum dedit, justitia. Tertiò differunt Processu, quia pignoratio fit pro-47 pria turbati, volentis jus suum tueri vel debitum persequi, autoritate, nulla prævia causæ cognitione, nec impetratâ superioris licentiâ. In repressaliis autem necesse est, ut antecedit saltem cognitio summaria, per quam certior fiat ejus, qui damnum passus est, superior, denegatam fuisse subdito suo justitiam; & tum demum concedi potest jus repressalias exercendi *Matth. Coler. de Proc. Execut. P. 2. c. 2. n. 339. seqq. Gail. de Pignor. obs. 1. n. 4. Conf. Peschwitz. Tr. de Repressal.* Bene tamen monet *Dn. Textor* 48 *ad Rec. Imp. de Anno 1654. Disp. 8. tb. 7.* Pignorationem à Repressaliis differre, ut latius & angustius, dicendo: Omnes quidem Repressalias esse pignorationes; Sed non omnes pignorationes esse Repressalias. Arrestum ve-49 ro sive manuum injectio nihil commune habet quoque cum pignoratione, quamvis enim & Arresta dicantur remedia extraordinaria, odiosa ac species executionis *Mev. p. 3. D. 315.* attamen hujusmodi arresta ex singulari causa inter

inter quaslibet personas, quæ nobis ex contractu, ex delicto vel quasi obligatæ sunt, etiam privatas obtinent, & fiunt autoritate Magistratus, ut hinc, quod iniquum hic subesse videtur, Magistratus autoritate temperetur, de quo videatur prolixè *Gail. alleg. loc. n. 6.* quod regulariter altera parte non audita non decernendum, nisi in
 50. mora periculum *Mev. p. 2. D. 262.* In Saxonia specialem formam Arresta receperunt, & speciali quoque effectu in concursu Creditorum gaudent, de quo *Carpz. in Process. Tit. 21. Mev. Tr. de Arrest.* Pignoratio vero fit propria & privata autoritate *Gail. d. obs. 1. n. 6.*

51. Spolium quoque à pignoratione differt, quod illud ad interdictum recuperandæ possessionis, hæc verò ad interdictum retinendæ pertineat *Gail. d. l. n. 7.* Unde, qui juste pignorat pro spoliatore haberi nequit; utitur enim remedio, si non jure Romano, moribus tamen approbato; quod secus in spolio, sicuti suo loco
 52. prolixius monebo. Unde contra spoliantem ad nuda narrata decerni solent mandata sine clausula *Mev. p. 2. Dec. 45.* quod in pignoratione fieri non solet. Nisi penitus injustè pignoraverit, sic enim pro Spoliatore ipsum
 53. haberi posse, dixi superius *n. 42.* Jus Retentionis, quamvis circa hoc coincidat cum Pignoratione, quod liceat retinere res Adversarii propria autoritate: Diversum tamen hoc est à pignoratione; Nam in retentione retinens præsupponitur habere jus tacitæ cujusdam hypothecæ, vel saltem possessionis, ex causis à lege permissis, in rebus Debitoris, cujus ratione retentione utitur *L. utique 34. ff. de Damn. infect. L. un. C. Etiam ob Chirograph.*
 54. *Debit. pignus retin. posse,* imo est defensionis species, contra illum, qui revera nobis debet *Scheplitz ad Consuet. March. p. 4. Tit. 3. §. 3. n. 42.* Hinc & remedia possessoria.
 jure

jure retentionis gaudentibus indulgeri solent *Mev. P. 3. Dec. 43. n. 5.* Quod non est in pignoratione, ubi nullum Jus in rebus pignoris mihi antea competit *Coler. de Proc. Executiv. cap. 2. n. 300.*

Poterat quoque ad affinia referri jus retorsionis, 55
quando extraneis idem jus dicimus, quod nostris alibi dictum; quod eatenus cum pignoratione coincidit, quod alter quoque ex alterius facto incommodum sentiat, de quo jure videatur *Renneman Tr. de Jur. Retorsionis & Dn. Struv. Tr. de Vindict. Privat.* Magis autem cum Repressaliis coincidere videtur, licet quadantenus diversum sit, tradente *Dn. Mev. p. 2. Dec. 59.* Cujus juris exemplum, 56
solenne est in Marchia contra Creditores Saxonicos; cum enim Creditor in concursu sortis suæ usuras non capiat in Saxonia, nisi omnibus etiam chirographariis de sorte antea fuerit satisfactum *Carpz. p. 1. C. 28. Def. 161. Berlich. p. 1. concl. 66. n. 9* Hic verò in Marchia aliàs in concursu Creditorum eodem loco fors & usuræ exsolvantur. *Job. Köppen Decis. 28. n. 11.* Utique Jus Retorsionis exerceri poterit contra Creditores Saxonicos, ne & hi in Marchia usuras simul cum sorte petere possint; quod confirmatum est per *Recess. Provincial. March. de Anno. 1653. §. 33.* ubi sequentia habentur verba: Wir lassen auch geschehen, daß gegen ausländische Creditores, woselbst die usura noch *infra alterum tantum* erkant/ oder den prioribus Creditoribus nur allein die Capitalia, und die Zinsen nicht eher/ bis auch die posteriores Creditores in sortem befriediget/ adjudiciret werden/ das JUS RETORSIONIS gehalten/ auch hinfüro in usuris, es sey in oder extra concursum, des me nach gesprochen werden möge. Aliud exemplum, 57
ubi contra Cives Saxonicos jure retorsionis in Marchia.

C

uti

uti liceat, in materia successionis tradit Dn. Praeses Tr. de Success. ab Int. cap. 2. Art. 3. §. 25. Verum hæc incidenter; Transeundum jam ad

CAPIT II.

DE

PERSONIS QUIBUS JUS PIGNORANDI COMPETIT.

SUMMARIA.

| | | |
|---|---------------|---|
| C onnexio capitis. | n. 1. | bilis in pago presens sit? n. 16. seq. |
| C onstitutio Imperialis de Pignorat. ad quas personas spectat. | n. 2. seq. 3. | Judex an bestiam in suo agro deprehensam ipse pignorare possit? n. 18. |
| Quare tantum de immediatè subiectis disponat? | n. 5. & 6. | An idem in Sculteto. n. 19. |
| Distinguuntur pignorationes in judiciales & extrajudiciales seu privatas. | n. 7. | Competentia Judicis hic non ex domino bestie, sed ex fundo aestimatur. n. 20. |
| Ille competunt omni judici. | n. 8. | An habens jurisdictionem circumseptam, pignorare possit? n. 21. |
| Nulla jurisdictio sine coërcitione | n. 9. | Jus pignorandi hodie regulariter privatis competit. n. 22. |
| Quid in jurisdictione simplici? | n. 10. | Distinguuntur Pignorationes. n. 23. |
| Sententia unius judicis per alium executioni mandari potest. | n. 11. | Dominus fundi pignorare potest. n. 24. |
| Judex pignorans in illo loco jurisdictionem habere debet. | n. 12. | Quid Juris in pupillo? n. 25. seq. |
| An sufficiat Jurisdictio inferior? | n. 13. | Limitatur, si in mora periculum. n. 27. seq. |
| In Marchia valet, si facta à Sculteto & Scabinis. | n. 14. | Quid si Tutoris autoritas ex intervallo superveniat? n. 29. |
| Quid hoc casu in Saxonia. | n. 15. | Quid Juris sit Minoribus circa pignorationem? n. 30. seq. |
| Quid Juris habeat Scultetus, si No- | | Quid |

| | | | |
|---|-------------|--|------------|
| <i>Quid minori & pupillo in defensione possessionis liceat?</i> | n. 33. | <i>Quid iuris competat Decimario circa pignorationem?</i> | n. 55. |
| <i>Vasallus pignorare potest.</i> | 34 | <i>Utriusqueque damnnum pignorando à se avertere potest.</i> | n. 56. |
| <i>Imo tenetur.</i> | n. 35. seq. | <i>Quid in Pensionario?</i> | n. 58. |
| <i>Quid liceat Emphyteuta?</i> | n. 37. sq. | <i>Quid si damnnum detur in jure non locato?</i> | n. 60. |
| <i>Quid usufructuario.</i> | n. 39. seq. | <i>An alter alterius ignorantis nomine pignorare possit?</i> | n. 61. sq. |
| <i>Status questionis formatur.</i> | n. 41. | <i>Quid in Mandatario?</i> | n. 63. |
| <i>Deciditur.</i> | n. 42. | <i>Judex per quos expediat pignorationem.</i> | n. 64. |
| <i>An is, qui dicitur der Pacht-Herr/ pignorare possit?</i> | n. 43. | <i>Quid in Marchia.</i> | n. 65. |
| <i>Distinctè proponitur questio.</i> | n. 45. | <i>Collegium Mercat, vel opificum an pignorare possit?</i> | n. 66. |
| <i>Non potest tertii pecus in illo fundo, ex quo ipsi annui redditus debentur, pignorari.</i> | n. 46. | <i>Quomodo pignoratio tali casu expedienda?</i> | n. 69. |
| <i>Limitatur.</i> | n. 48. | <i>De pignoratione Sartorum der Böhnhasen.</i> | n. 71. |
| <i>An Dominus reddituum ipsum Rusticum pignorare possit?</i> | n. 49. | <i>An Nobilis possit pignorare pecus Principis?</i> | n. 72. |
| <i>Aff. si jurisdictionem in eum habeat.</i> | n. 50. | | |
| <i>Negatur; si non habeat.</i> | n. 51. | | |
| <i>Aliud in Marchia obtinet.</i> | n. 52. | | |
| <i>Quod probatur.</i> | n. 53. sq. | | |

EXhibitis generalibus, jam specialiori tractatione sequentia proponemus capita, & primò quidem tanquam præcipuum, circa personas erimus occupati, utpote quarum causa pignorationes constitutæ arg. §. fin. J. de J. N. G. & C. Et quidem si ad Constitutiones Imperii de Pignorationibus recurramus, dicendum foret, tantum Principes & Status Imperii, Nobilesque immediatè imperio subjectos, ob turbatam jurisdictionem vel possessionem alicujus juris, pignorationibus uti posse, cum de his tantum ordinatio Cameræ Imperialis loquatur vid. Gail. de Pignorat. obs. 1. n. 1. & 2. Verum, si intentionem Imperatorum, de Pignorationibus so-



lennes Constitutiones publicantium inspiciamus, apparebit, non jus pignorandi Proceribus Imperii tantum indulgeri, alios verò à jure pignorandi excludi; Sed tantum mēderi voluit Imp. variis turbis, ex pignoratione illa inter Status imperii instituta, oriundis. Sæpius enim hic res alia pro alia capiebatur, innocens pro nocente detinebatur, quod non poterat non ægrè ferre Princeps vel Dominus illius, qui hoc pacto pignoratus erat; Quapropter cum obturbatam hoc pacto alicujus juris possessionem, vel jurisdictionem, gravissimæ controversiæ & contentiones, utrinque inter Status fuerint ortæ, ita ut talium jurium tuendorum gratia, sæpius ad arma devenirent, & coadunatis hominibus pacem publicam maximo subditorum, imò totius Imperii dispendio perturbarent, ideò singularibus constitutionibus remedium fuit inventum, ne vel promiscuè fieret Pignoratio, vel si facta esset, ut Mandatis sine clausula, quam fieri poterat, celerrimè in pristinum statum alter restitueretur *vid. Gail. de Pignorat. obs. 1. n. 1. § 2.*

5. Ex quo facile apparet, quare Constitutiones Imperii tantum Statuum aliorumq; immediate imperio subditorum faciant mentionem: Videlicet, quia quoad mediate subiectos Camera Imperialis fundatam jurisdictionem non habet; hinc si hi quid contra securitatem publicam per illicitas pignorationes commiserint, à suo Principe, sub quo degunt, refrenandi, pœnisque debitis coërcendi. Mihi verò cum animus non sit, de Pignorationibus illis per Constitutiones Imperii coercitis agere; Licet non negem, quod illa, quæ de Pignorationibus per LL. Imperii provisæ, etiam ad mediatos Imperii Cives, quoad tranquillitatem inter eos conservandam, applicari possint, quamvis Camera de eo non
judi-

cet *Mev. p. 2. Decis. 303.* Sed tantum de illis, quæ inter mediatos Imperii subditos, imo privatos circa juris sui tuitionem contingunt, harum jura verò præcipuè ex unicujusque loci consuetudine dependeant; Constitutiones Imperii mitto, & ad has me paucis confero, & quidem ita, ut ubivis oculos ad Marchiæ praxin intendam.

Ut verò, quibus jus pignorandi moribus competat, pateat eò clarius; distinguendum puto inter pignorationes autoritate judicis institutas; & illas quæ fiunt citra autoritatem judicialem, pro privata juris sui defensione: seu inter pignorationem, quæ fit vi jurisdictionis, & quæ fit privata autoritate. Illam quod attinet, eandem omni judici, qui jurisdictionem habet, competere dicendum; Et hoc non tantum si judex pro tuenda sua jurisdictione pignoret, sed & si pro exequenda Jurisdictione in gratiam tertii pignorationem decernat. De illo quidem dubium in jure Romano occurrit; An omni judici jus puniendi, mulctandi, & ita quoque pignoris capiendi *arg. §. 3. Inst. de Satisd. Tut.* competat: Certum enim est jurisdictionem sine modica coërcitione nullam esse *L. ult. ff. de offic. ej. cui mand. jurisd.* Unde concessa jurisdictione, omnia quoque illa concessa videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potest *L. Cui Jurisdictio. 2. ff. de Jurisd.* Atqui verò, quomodo explicari jurisdictio poterit, si jus coërcendi, & ita jus pignorandi denegetur; quis promptè se submittet deciso judici, sibi ingrato, sed adversario pergrato? Econtrariò verò haud pauci sunt, qui simplicem Jurisdictionem admittunt *arg. L. Imperium 3. in fin. ff. de Jurisd.* eandemque dicunt, quod in nuda cognitione consistat, nec Imperii seu coërcitionis quicquam admixtum habeat; de quo *vid. Wissenbach. Exercit. ad ff. Tit. de Jurisd. th. 25.* licet contrarium placeat *Zæs. Comm. ff. d. t. n. 8.*

- 11 Verum quicquid sit, paucis me expediam; dicendo: Nullam jurisdictionem sine coërcitione esse posse, licet illa coërcitio non semper per jus dicentem expediatur, sed sæpius alienum auxilium desuper implorandum; Pari modò sicut Judex Ecclesiasticus ad executionem sententiæ à se latæ brachium seculare ut imploret, necessum habet, cum ipse sententiam suam exequi non possit *Robert. Marant. Specul. aur. p. 4. Distinct. 12. n. 19. B. Dn. Brunnem. in Comm. Cod. ad L. 8. n. 8. de Episcop. audient.*
- 12 Dico itaque, ut ad nostram materiam propius accedam; Omnem illum, qui jurisdictionem in illo loco habet, ubi pignoriatio instituenda, pignoriare posse *Carpzov. p. 2. Const. 7. Def. 1. dixi in illo loco;* uti enim extra territorium jus dicenti impune non paretur per *L. fin. ff. de Jurisd.* ita quoq; extra territorium pignorianti impunè resistitur, cum notum sit, judicem extra territorium pro mero privato reputari; huic vero in alieno pignoriare permissum non est. Cæterum cum moribus nostris jurisdictio distinguatur in altam & bassam, sive superiorem & inferiorem, dicimus, ad facultatem pignoriandi, inferiorem jurisdictionem sufficere; quod in Foro Saxonico expeditum, ubi pignorationum causæ & cognitiones reputantur inter species & gradus inferioris jurisdictionis. *Coler. de Process. Execut. p. 1. cap. 3. n. 118. sqq.*
- 14 Sed in Marchia nostra idem obtinere puto, ubi non tantum praxis notoria docet, Scultetum cum Scabinis suis in pagis jus pignoriandi habere; Sed & in *Constitutione 49. Tit. von Pfändungen/* quæ extat inter *Constitutiones Marchicas* superiori seculo jussu Sereniss. Elect. JOHANNIS GEORGI b. m. conscriptas, nondum tamen publicatas, idem haud obscure indigitatur; verbis: *Es soll das Pfand in das Gerichte in demselben Dorffe/ oder wo es Darin*

darinnem keinen Schulken hätte/ in das nächste Ge-
 richt getrieben zc. auch der Schade auff Ansuchen des/ so
 gepfändet hat/ durch den Schulken und Schöppen oder
 die Aeltesten im Dorffe/ besichtigt und gewürdiget wer-
 den. Ex quo apparet, sicuti cognitio super pignoratione
 ad Scultetum spectat, ita quoque ipsum jus pignorandi,
 cum hoc ex Cognitione & Jurisdictione dependeat. Fa-
 teor quidem, quod in Saxonia Sculteto & Scabinis vix
 Jurisdictio concedi soleat, sed pro meris executoribus
 illius, qui jurisdictionem habet, reputantur *Carpzov. p. 2.*
Const. 7. def. 2. Coler. d. Tr. p. 2. c. 1. n. 131. unde & testa-
 mentum ipsis oblatum pro judiciali non agnoscunt *Fin-*
keltbaus. observ. 75. Berlich. p. 1. Dec. 93. n. 9. Et inde pignora
 inibi Nobilibus aut Præfectis tradenda *Carpz. d. l. n. 6.* Ve-
 rum in Marchia, præsertim in illis pagis, ubi Nobiles præ-
 sentes non sunt, aliquam jurisdictionem Scultetum ha-
 bere, negari nequit; hinc & teste experientia, testamen-
 tum ipsi & Scabinis oblatum, tanquam judiciale subsi-
 stere solet. *Conf. Dn. Pras. Disp. de Testam. Rustic. cap. 4.*
 §. 26. Quod si præsens Nobilis sit, omnino Scultetus
 hujus executor tantum censendus; & hinc tali casu non
 aliter pignorata bestia Sculteto tradenda, quam si No-
 bilis in hoc consenserit, quippe ad quem cognitio quo-
 que super damno, quod pignorans perpeffus, spectat,
 licet ipse Scultetum & Scabinos sæpius ad damni hujus
 æstimationem delegare soleat.

Porro observandum, non tantum judicem ab alio
 imploratum vi suæ jurisdictionis pignorare posse; Sed
 idem ipsi esse permissum, si non quæ judex, sed quæ
 privatus damnum aliquod sentiat; ut si in suo agro be-
 stiam damnum dantem deprehendat. Quamvis enim
 nemo sibi jus dicere possit *t. t. C. Ne quis in sua causa jud.*
 atta-

attamen quia pignorare non semper est actus Jurisdictionis, sed eadem à privato damni recuperandi causa fieri potest, non denegandum est judici, quod per mores Germaniæ omnibus indultum; concurrat enim cum proprietate fundi ipsa Jurisdictio, quæ fortius jus judici in suo pignoranti tribuit *Carpz p. 2. Const. 7. Def. 1. n. 5.*

19 *Mattb. Berlich. p. 2. Concl. 9. n. 9.* Ubi tamen *Berlich. n. 10.* excipit Scultetum pignorantem in suo fundo, quod ille pignus penes se retinere non possit, sed illud Præfectis Principum in das Ampt darunter sie gefessen / tradere debeat; Verùm oritur hæc decisio ex Praxi Saxonica, Scultetis nullam jurisdictionem concedente, sicut dixi *superius n. 15. b. cap.* In Marchia ergo & hic contrarium asserendum erit; scil. Scultetum & pignorare & pignus penes se retinere posse, vi dictæ Constitutionis Marchicæ, nisi, uti antea praxin Marchicam limitavi; Nobilis in illo pago præsens sit; hic enim Sculteto tantam potestatem concessisse non censetur. Id quoque hic notandum, quando de judice pignorante agimus, nos judicem non considerare ratione personæ illius, cujus est bestia, quæ mihi damnum dedit, sed ratione illius fundi, in quo damnum datum *Berlich. p. 2. Concl. 9. n. 17.* Uti enim aliàs res sita in realibus forum tribuit, ita & hic quasi realis actio est, dum ipsa res apprehenditur, sine consideratione cujus sit, & tamdiu detinetur, donec de damno sit satisfactum.

21 De Jurisdictione circumsepta adhuc quæri poterat, an illa jus pignorandi inferat; Ob der so die Zaun Gerichte hat / pfänden können / de eo enim sæpius controversia oritur cum illo, qui habet jurisdictionem universalem die Strassen Gerichte. Verùm cum non tam in controversia sit ipsum pignorandi jus, quàm cui pignora

rata

rata res tradenda, duplici illa jurisdictione concurrente, differimus discussionem hujus controversiæ ad cap. 4.

Nunc videndum de pignoratione, privata autori-
tate ad juris sui defensionem, vel damni averfionem in-
stituta, cui hæc fit licita? Et integram materiam hanc
ex moribus dependere, superius satis, ut puto, dictum est;
Imo pignoratio hodie quasi ordinarium remedium fa-
ctum est, quò libertatem agrorum nostrorum vel à præ-
tensa servitute, vel à damno immunem vindicamus; ut
hinc, cum pignoratio sit de genere permissorum, dicen-
dum videatur: *Cuiusq; moribus pignoratio non interdicta,*
illi censetur esse concessa: Quo verò exemplis res clarior
evadat, in his autem confusio evitetur; distinguimus pi-
gnorantes in illos, qui vel veri Domini sunt, vel qui
tantum jus personale habent. Dominus fundi, uti ali-
às rerum suarum moderator est ac arbiter *L. In re man-*
data 21. C. Mandat. & liberè res suas administrat, ita quo-
que pignorationis remedio jus suum conservare potest.
Unde si Dominium vel proprietatem fundi pignorans
probaverit, jus pignorandi ipsi non denegandum esse,
pronunciatum est in Camera nostra Electorali, in causa
Hans Georg von Ribbeck contra Kühnen von Priort
d. 28. Octobr. Anno 1672. Weil Beklagter durch die Churfl.
Lehnbriefse gnugsahm erwiesen/ daß seine Vorfahren den
alten Hoff *Questionis* an sich gebracht und der Eigens-
thumb Ihm zugehöre/ so wird er bey den alten Hoff *Que-*
stionis billig geschützet und müssen die Klägere so lan-
ge desselben sich enthalten/ bis sie vorbehaltenlichen des Bes-
klagten gegen- Nothdurfft erwiesen/ daß Sie *in possessi-*
one juris pascendi seyn. Weils auch so bewandten Sa-
chen nach der Beklagte zupfänden wol befugt gewesen/
so wird er deßfals von allen dahero entsponnenen Schas-
den

den und dessen von Klägern pretendirten Erstattung hies
 25. mit loß gesprochen. N. R. W. De pupillo verò, qui qui-
 dem etiam suarum rerum Dominus est, dubitatur, an pi-
 gnorare sine Tutoris autoritate possit? Et respondendum
 quod non; quamvis enim pignoratio ad juris conser-
 vationem spectet, & ita utilior pupilli conditio inde ef-
 fici videatur, tali casu verò pupillus tutoris autoritate
 26. opus non habeat *pr. 7. de Aut. tut.* Attamen quia pignora-
 tio est res magni præjudicii, ob quam ipse pupillus pi-
 gnorans, si in modo pignorandi peccaverit, facilè peri-
 culum incurrere possit, regulariter non sine Tutoris auto-
 ritate ipsi pignoratio concedenda, argumentò illorum,
 quæ de hereditate lucrosa non adeunda à pupillo, jura
 27. disponunt. §. 1. *f. d. t. L. 8. ff. de Acquir. Hered.* Quod si
 vero periculum in mora esset, & facultas consulendi
 Tutorem in continenti non daretur, non dubito, quin
 pupillus, præsertim si dominum ignoret, pecus in suo agro
 deprehensum, includere & damni reparationem pete-
 re possit. Multa enim, ubi in mora periculum, sunt
 permessa, quæ aliàs licita non sunt, sicuti exemplum est
 in captura debitoris fugitivi *L. Ait Prætor. 10. §. si debi-*
 28. *torem 16. ff. Quæ in fraud. Cred.* Necessum tamen est,
 ut mox pignorationem à se factam Tutori exponat, ejus-
 demque autoritatem & consensum ex post facto im-
 ploret, quò ille perpendat, an bene, an malè pignoratio
 facta; & hinc an dimittendum iterum inclusum pecus;
 an verò cum adversario ad reparationem damni agen-
 29. dum. Obstare quidem videtur, quod expedito jam ne-
 gotio, seu ex intervallo autoritas Tutoris accedere ad
 factum pupilli nequeat §. 2. *Inst. de Aut. tut.* & unum-
 idemque sit, an planè non intervenerit, seu non justo
 tempore *L. 2. ff. de Auct. Tut.* Attamen si hodiernos con-
 sula-

fulamus mores, non attenditur amplius subtilitas illa, sed ex post facto si accesserit Tutoris autoritas, modo Tutor in negotii gesti qualitatem debitâ diligentia prius inquisiverit, subsistit actus *Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 31. tb. 42.*

Ex jam dictis de minoribus quoque judicare facil-
 limum erit, an & his pignoratio permittenda? Tutius
 enim faciunt, si Curatoris consensum adhibeant; Et
 quamvis semper ipsis ad restitutionis beneficium pateat
 recursus; melius tamen est intacta servare jura pupil-
 lorum, quàm post vulneratam causam remedium quæ-
 rere *L. fin. C. In quib. Causis in Integr. restit. nec. non est.*
 Quod si verò Curatorem consulendi facultas non adsit,
 non puto ipsi denegandam esse facultatem pignorandi;
 nam minoribus jam liberior, quàm pupillis datur agen-
 di & disponendi libertas, cum horum persona, sicuti
 pupillorum, Curatoribus non sit subjecta. Sed si cura-
 torem non habuerit pupillus, indistinctè ipsi jus pigno-
 randi adscribendum esse, puto. *arg. L. Puberis 101. ff. de
 U. O. præcipuè cum pignoratio tantas non admittat mo-
 ras, ut prius à judice curator peti possit; Imo dicendum
 forte esset, quatenus pignoratio ad conservationem pos-
 sessionis instituitur, etiam sine consensu Curatoris judi-
 cium suscipere posse Minorem; certa enim apud Dd.
 conclusio est, quod in causa momentaneæ possessionis
 retinendæ, filius sine voluntate Patris, pupillus sine au-
 toritate Tutoris, Minor sine consensu Curatoris in judi-
 cio comparere possit. Menoch. Rem. 3. Recup. poss. n. 452.
 Ludov. Post. Tr. de Manutinent. Obs. 67. n. 1.*

Jam ad quasi Dominos me converto, inter quos pri-
 mo loco se sistit vasallus ratione feudi, cui, si quis servi-
 tutem in feudo prætendat, vel alias pascendo, venando,

- aliave ratione damnum dederit, pignorandi licentiam competere, nullus dubito; Si enim, Vasallus tanquam Dominus poterit rem feudalem quasi vindicare 2. F. 8. §. *Rei autem* nil obstat, quò minus & pignorando jus feudi salvum conservare possit. Imo dicerem, vasallum non tantum pignorare posse, sed & pignorare debere. Non enim potest vasallus feudi conditionem deteriore reddere, ob præjudicium Domini & Agnatorum §. *Econtrario in fin.* 2. F. 8. adeo, ut ob deteriorationem dolosam vel culposam heredes vasalli obligentur agnatis ad interesse *Carpz. p. 3. C. 31. d. 8.* atqui verò deterior foret feudi conditio, si vasallus vicino concederet licentiam in hoc feudo certa jura exercendi, & exercitium pignorando non impediret. Imponeret enim ita tacitè per patientiam feudo servitutem, quod tamen nec expressè facere posset *Dn. Pras. Exam. Jur. Feud. cap. 10. Qv. 3. Struv. Syntagm. Jur. feud. c. 12. tb. 8.* imo quia vasallo datur actio negatoria pro liberando feudo à servitute, ab alio præten-
 36 *sa. Bitsch. Comm. Jur. feud. ad lib. 2. tit 8. p. 275. Gotthofred. Anton. Disp. feud. 13. th. 3. lit. E.*
37. De Emphyteuta idem dicendum, nam huic jus Domini utilis competere notum est *t. t. C. de jure Emphyt.* insuperq; à Feudo ad Emphyteusin procedere argumentum, constanter à Dd. traditur, adeo, ut sicuti vasallus habet utile rei Dominium & utilem rei vindicationem, ita quoq; Emphyteutæ idem juris competat *Everhard. Top. legal. loc. à Feudo ad Emphyteusin. 29. n. 2.* Ubi subjicit; Emphyteutæ competere pro tuenda possessione sua remedia possessoria, per *Gloss. in L. 3. §. Ex contrario ff. de Acquir. Poss.* quia ergo hodie pignoratio est ejusmodi remedium, quò possessionem nostram, ejusque libertatem, à prætensis aliorum Servitutibus vindicamus, nullum
 38. rema-

remanet dubium, & pignorandi licentiam Emphyteutæ competere.

De usufructuario major dubitatio est, an si alter^{39.} in fundo usufructuario jus prætendat, hic pignorando libertatem fundi tueri possit? Dubitandi ratio in eo con-⁴⁰ sistit, quia usufructuario vindicare Servitutem permissum non est per *L. 1. pr. si Ususfr. pet.* actiones enim de Servitutibus competunt illis, quorum prædia sunt, seu qui jus Domini habent. *L. 1. ff. si Serv. vind.* Verum^{41.} diversa quæstio est; An usufructuarius Servitutem fundo debitam, actione confessoria petere possit; Et an, si alius servitutem in fundo usufructuario prætendat, usufructuarius eum pignorando à jure prætenso excludere possit? Posterius utique affirmamus. Quia enim po-⁴² terit vindicare usumfructum *d. L. 1. pr. ff. si Ususfr. pet.* per consequentiam ipsam servitutem debitam quoque vindicat, juxta *L. un. §. 4. ff. de Remiss.* vel hac ipsa vindicatione, alium, jus prætendentem excludit; non video, quare non & pignorationis remedio usumfructum sibi debitum, salvum conservare possit.

Ab usufructuario progredior ad illum, cui ex cer-⁴³ to prædio rustico quotannis certæ præstationes annuæ debentur, *der gewisse Pächte aus einem Bauer-Gute jährlich zufodern hat*/ qui aliquando Marchiæ moribus dicitur ein Pächtherr, de quo quæritur, an jus pignorandi habeat? Et non dubito, quia jus ejus in ipso fundo ra-⁴⁴ dicatum, ita ut unusquisq; feudi possessor illas præstationes quotannis exsolvere debeat, ipsi jus reale in tali fundo competere. Ipsam verò pignorandi facultatem quod attinet, duplici modo de ea disputari potest: (1) An ha-⁴⁵ beat jus pignorandi in agro tali, ex quo illæ præstationes debentur, si forte ibi offendat bestias damnum dan-

tes (2) An habeat jus pignorandi ipsum rusticum, tales
 46 præstationes non exsolventem? Prius quod attinet, di-
 cendum, regulariter ipsi jus pignorandi non competere;
 Cum enim Rusticus ille præstationes annuas integras Do-
 mino præstare debeat, non poterit Domino nocere,
 47 quod per bestias agris damnum fuerit illatum; Imputet
 enim sibi Rusticus, quod non majorem curam in custo-
 diendis agris suis impenderit, ut hinc damnum quod sua
 culpa sentit, ne quidem sentire intelligatur, juxta *L. 203.*
 48 *ff. de R. J.* Quod si tamen damnum insigne datum ad-
 verterit Dominus, & Rusticum ad exsolvendas illas præ-
 stationes amplius idoneum non esse, noverit, non dubi-
 to, posse pignorationis remedio uti Dominum, & ita
 damnum ab illo, cujus bestia est, repetere *arg. S. Item se*
fulio 15. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. L. 12 S. itaque ff. de
 49 *furt.* Alterum quod concernit, an ipsum Rusticum pi-
 gnoribus captis, adigere possit ad præstationes illas, ma-
 gis dubium. Et iterum distinguendum: An ipse *der*
Pachtherr simul habeat jurisdictionem in Rusticos, an
 50 non. Priori casu, quin vi jurisdictionis etiam pignora-
 re Rusticum possit, nullum dubium est, cum unusquisq;
 Magistratus, si refractarii sint subditi, in præstandis illis ad
 quæ sunt obligati, pignorandi licentiam habeat, ut eos
 51 sua jurisdictione compescat. Posteriori casu, si jurisdic-
 ctio in Rusticum alteri competat, non putarem jure
 communi Jus pignorandi indulgendum esse *dem Pachtherr*;
 quippe ipse sibi privata autoritate jus diceret,
 quod sub poena amissionis debiti, & juris prætensi in jure
 nostro gravissimè prohibitum per *L. Si quis in tantam. 7.*
C. unde vi. Et L. Extat. 13. ff. Quod Met. Causa. Videtur insu-
 per alterius jurisdictionem violare, dum alienum subdi-
 tum pignoratione ad id adstringere vult, ad quod per
 suum

suum judicem vel Magistratum adstringendus erat. Sed cum in ejusmodi materia semper inspiciendum sit, 52
 quo jure retro civitas in ejusmodi casibus fuerit usa, per
L. Si de interpretatione 37. ff. de Legib. Omnino hic pra-
 xis Marchica consulenda erit, quæ etiam jus pignorandi
 Domino, cui debentur ex prædio rustico ejusmodi præ-
 stationes, indulget: Testis hac de re est Consuetudinum
 Marchicarum compilerator *Scheplitz, P. 4. tit. 21. §. 8.* cu-
 jus verba hic adducere non piget: Wann einer von A- 53
 del/ oder ein ander auff einem Bauren Hoffe/ Pächte o-
 der Zinsen zuheben hat/ ein ander aber hätte auff selbigen
 Hoffe die Gerichte/ daß der Pacht-oder Zinsherr umb die
 nachständige Pächte oder Zinsen wol pfänden mag/ auch
 unersuchet des Gerichts/ Herrn. Cum quo conspirat
 Constitutio specialis superiori seculò conscripta, quæ
 extat inter *Const. Brandenburg. Job. Georg. Elect. Tit. 26.*
 Ubi ita deciditur: Ob wol der/ welcher auff einem Hof- 54
 fe allein die Pächte und Zinse hat/ sich daher keiner Bes-
 rechtigkeit über denselben Hoffe anzumassen/ so ist doch
 von Alters in unserm Lande daher gebracht/ daß der
 Pacht/ Herr/ wenn ihm seine Pächte und Zinsen zu rech-
 ter Zeit nicht gegeben werden/ den Pacht/ und Zinsmann
 selbst darümb pfänden möge/ dabey wir es nochmals las-
 sen. Et secundum hæc jura in *Cam. Electorali Anno*
1604. pronunciatum. weil Kläger selbst geständig/ daß bes-
 klagte Wittib/ aus einem Bauer Gut zu N. etliche Päch-
 te zu heben/ daß er sie auch deswegen mit Fug nicht bes-
 schuldigen kan/ daß sie nach dem gemeinen Landes- Bes-
 brauch/ als der Bauer sich damit seumig erwiesen/ diesel-
 be zu erlangen/ das Korn aufdreschen lassen/ auch das
 Gut eine Zeithero zu Erlangung des Jhren innen gehabt.

Non dissimilis ratio est in illo, cui ex prædio rusti- 55
 co

co debentur decimæ, & nostris moribus dicitur der Zehent-Herr sive *Decimarius*, quem quoque bestiam, in agro ex quo debentur decimæ deprehensam citius includere
 56 posse, quàm priorem illum der Pacht-Herr/ statuo: Illi reditus enim dicti die Pächte/ certam habent determinationem annuam; quod secus est in decimis; Diminutis enim frugibus per pasturam pecorum, deminuuntur quoque Decimæ, & hinc Dominus decimarum directo damnum incurrit; Quod attinet verò exactionem decimarum, idem de praxi Marchica dicendum existimo, quod antea dictum von dem Pacht-Herrn; cum in Marchia ad paria judicentur.

Restat ut dicamus de illis, qui tantummodo *me-*
 57 rum personale jus habent, an scil. & hi pignorandi facultatem habeant; Et generaliter dicendum esse existimo; *Omnem illum, ad quem damnum datum spectat, pignorando, damnum à se avertere posse.* Ad hoc enim moribus hoc remedium proditum est, ut vel damnum à se avertat, vel damni jam dati æstimationem quàm citissime recipiat læsus. *Mevius p. 1. Decis. 34. n. 11.* Sequitur
 58 ergo exinde, etiam Pensionarium seu prædii conductorem pignorare posse bestiam, prædio damnum dantem. Quamvis enim remedia possessoria non dentur Colonis, nisi jure perpetuario conduxerint *L. 3. §. 7. ff. uti Possid. & ibi Dd.* quippe cum ipsi actione conducti experiiri possint contra Locatorem, ut re conducta secure frui
 59 liceat; Attamen cum Pignorationis remedium moram non patiat, & damnum directò Pensionarium, concernat, non puto eum ab hoc jure excludendum esse.
 60 Et hoc multò magis obtinebit, si non suo, sed locatoris nomine se pignorare dicat; sæpius enim contingit, non omnes prædii pertinentias conductori esse locatas,

tas,

tas, sed quasdam ipsi locatori reservatas, E. G. jus venandi, tali ergo casu, si vicinus Nobilis in feudo conducto venaretur, Pensionario quidem non noceret, quia ei jus venandi per locationem concessum non est; posset tamen Pensionarius nihilominus jure injustos venatores pignorare, non suo, sed locatoris nomine, quippe cujus conditionem pignorando meliorem facit, quod omni jure licitum, etiamsi alter ignoret. *L. Solvendo. 39. ff. de Negot. gest.*

Inde jam quæritur, an unusquisque alterius ignorantis nomine pignorare possit, si damnum ipsi dari viderit? Quod affirmandum puto per rationem *ex d. L. Solvendo.* Licet enim unicuique absentis possessionem defendere *L. 1. ff. de Neg. Gest.* Requiritur verò ut pignorans tali casu exprimat, se alterius nomine pignorationem instituere, si enim suo nomine pignoraverit, non efficitur illa pignoratio justa, quamvis alter postea ratihabuerit. Negotium enim ratihabendum alterius contemplatione gestum sit, necesse est; nam quod meo nomine gestum non est, ratihabere nequeo *c. Ratum de R. 7. in 6. L. Si pupilli. 6. §. sed si ago 6. vers. Idemq; est ff. de Neg. Gest. Petr. Frieder. Mindan. de Process. lib. 1. cap. 34. n. 8.*

De Mandatario quin pignorare possit, res caret dubio. Quod enim quis per alium facit, ipse fecisse intelligendus est *L. si per alium ff. Ne quis Eum qui in jus voc.* Hinc in Constitutionibus Imperii in materia pignorationis dicitur, die durch sich selbst oder die seinen einen andern pfänden *Ord. Cam. p. 2. t. 22.* Sicut & ipsi, quibus vis jurisdictionis aliàs pignorandi facultas competit, per alios pignorationem exercere solent, utpote per Officiales & Ministros judiciales durch die Bögde/und Gerichts-Diener *vid. Mindan. d. l. n. 11.* ubi in sequentibus exponit, cui probatio incumbat, an Officialis jussu Domini pignora-

E

rati-



65. rationem susceperit, an non. In Marchia, si Camera Electoralis decrevit pignorationem, ordinariè per executorem provincialem durch den Land-Reuter eandem expedire solet; de qua extat specialis ordinatio inter Constitutiones D. Jobann. Georgii Elect. gl. m. Tit. 50. Wie die Land-Reuter pfänden und mit den Pfänden gebühren sollen; quod idem quoque obtinet, si Præfectus Electoralis veteris Marchiæ pignorationem decernat, vid. die Hoff und Land-Gerichts Ordnung der Altens-March de Anno 1602. Tit. VII.

- 66 De Collegio Mercatorum & opificum coronidis loco disquiri potest, an his competat jus pignorandi illos, qui contra Statuta Collegii agunt, vel illos quoque qui in collegio non sunt, & tamen opificium exercent?
- 67 Et omnino hic inspiciendum, quibus acquantis privilegiis instructum sit Collegium, cum enim hoc integrum dependeat ex approbatione & confirmatione Superioris arg. L. Collegium 8. C. de Hered. Instit. tantum juris habebit,
- 68 quantum ipsi concessum. Solet quidem communiter Collegiis adscribi aliqua Jurisdictio, sed hæc ad res suæ artis restringitur arg. L. fin. C. de Jurisd. Dn. Brunnem. ad Wesenbec. tit. de Legib. 2v. 8. & sine dubio terminos simplicis Jurisdictionis non excedit, nisi aliud concessum appareat. Regulariter ergo jus pignorandi ipsis indultum non censetur, sed si hoc factum, præsertim in extraneos & extra Collegium constitutos, mandatis debitis Collegium coërcendum. Mev. p. 5. Dec. 255. Regulariter enim illa, quæ Collegiis concessa, sunt stricti juris
- 70 Dn. Fritsch. Tr. de Colleg. Opific. Cap. 3. n. 2. p. 2. Quod si verò Collegio jus pignorandi concessum esse appareat, iterum videndum; An pignoratio mero Collegii arbitrio credita, daß sie nach belieben pfänden mögen: An vero

verò adhibitis ministris judicialibus, & ita summarie implorato iudice eam expedire debeant, adjunctis sibi lictoribus & apparitoribus. Hoc pacto ergo omnino liberum est Collegio, illos, qui in collegium non recepti, & tamen artificium illud exercere volunt, inquirere & pignorare, & ita jura Collegii per pignorationem intacta servare *Mey p. 7. Dec. 38.* Quod nostris moribus appellamus *Störer* oder *Böhnhasen jagen* / quamvis alicubi hoc vocabulum in specie ad privatos factores applicent. *Webner. Obser. Pract. sub voc. Böhnhasen / Altreuß* ubi ex *Gylmann. Symphorem. T. 2. p. 3. tit. 7. vol. 1. n. 1. seq.* illam quæstionem proponit: An liceat einen *Böhnhasen* oder *Schneider* ins Haus zu setzen præter civium & urbis mores & Statuta *Add. Besold. Thesaur. Pract. voc. Schneider. C.* Solet etiam interdum Collegiis Opificum competere jus prohibendi alios, in Collegium non receptos, etiam extra Civitatem, sed intra unum vel duo milliaria, degentes, daß sie auff einen oder 2. Meilen die *Störer* auffsuchen mögen / non tamen ipsis in Marchia hoc aliter concedendum, quam si Nobilis, in cujus pago degit hic opifex, jurisdictionem imploraverint; Sicut hoc apparet ex præjudicio *Camera Electoralis Brand. de Anno 1602. d. 16. Januar.* ubi ita pronunciatum: Als sich auch die *Schneider* zu *Katenau* neulichzeit unterstanden / in deren von *Hagen* Berichte zu *Stählen* selbst thätlich einzufallen / und einen *Störer* daselbst wieder der *Gerichts Junckern* Wissen und Willen in Straff zu nehmen / dessen sich die von *Hagen* an 180 beschwerten / so ist Ihnen solches mit Ernst verwiesen / und untersagt worden / daß sie sich dergleichen Einfals forthin gänzlich enthalten / sondern die *Gerichts Junckern* in solchen Fällen gebührlich ersuchen und anlangen / auch da ihnen als denn nicht verholffen

fen wird/ solches zu fernerer Verordnung anhero gelang
 gen lassen solten. An autem Statutum tale feinen
 frembden Gesellen in seinem Hause arbeiten zu lassen/
 extendatur ad domum Nobilis in Civitate habitantis?
 Negat hoc *Fritsch Tr. de Colleg. Opific p. 2. cap. 5. n. 28.* ubi
 mulctam Collegio Sartorum dictatam asserit, quod pri-
 vata autoritate ejusmodi sartorem turbare & pignora-
 72. re ausum fuerat. Appendicis loco quærere lubet; An
 non Nobili alicui contra Principem, feudi Dominum,
 jus pignorandi competat, ita ut ipsius pecus in suo agro
 deprehensum includere possit? Casus hic ibi præcipuè
 occurrit, ubi in confinio præfecturæ Electoralis habitat
 Nobilis, wann der Ampts-Schaffer auff eines von Adels
 Grund und Boden hütet. Dubitari verò poterat de
 decisione hujus quæstionis exinde; quia cum Nobilis
 prædia sua feudi nomine teneat à Principe, feudi Domi-
 no, & huic directum dominium salvum remanserit, non
 videtur Princeps ita juri suo renunciasse, ut non pecus
 suum in agro, feudi nomine concessio, pascere possit.
 Verùm cum jus pascendi ad utilitatem prædii spectet;
 utile vero Dominium in Vasallum sine reservatione ali-
 cujus compascui, aut simultaneæ utilitatis translatum
 sit, non poterit Dominus Vasallum in perceptione uti-
 73. litatis turbare, aut fructus ipsi diminuere. Porro no-
 tum est, Vasallo ratione feudi turbato competere reme-
 dium retinendæ possessionis *Menoch. Remed. 3. Rein. Poss.
 n. 8. sq.* Imo alia omnia, quæ aliis possessoribus compe-
 tunt *Rosenthal de feud. cap. 12. concl. 12. n. 44. seq.* Imo
 & vasallo contra ipsum Dominum spoliante interdi-
 ctum Unde vi competere, asserunt *Dd. Vultej lib. 2. de Feud.
 cap. 1. n. 15.* quamvis hoc casu commodius actio in factum
 instituatur, & quidem sine ulla verborum acerbitate *Dn.*

Præ-

Præs. Exam. jur. Feudal. cap. 24. Qv. 21. Quia itaqve pignorationis quoque hodie pro remedio licito possessionem defendendi reputatur, non dubito & pecus ad Præfecturam Principis spectans, si damnum dederit, includi posse; præsertim cum credibile non sit, Principem Administratoribus suarum Præfecturarum hoc commisisse, ut pecora sua in locis alienis in damnum & injuriam vicinorum pascant. *arg. L. Nec Avus 4. C. de Emanc. liber.* Utile tamen foret, ut hoc casu admonitio de pecore, intra suos terminos continendo, pignorationem præcedat, quò factum pignorationis eò commodius Principi Nobilis possit excusare.

CAPUT III.

DE

CAUSIS, OB QUAS PIGNORATIONES PERMISSÆ.

SUMMARIA.

| | | | |
|---|-----------|--|-------------|
| C onnexio. | n. 1. | Exempla subjiciuntur. | n. 10. |
| Pignoratio ob triplicem causam permissa. | n. 2. | Pignoratio fit ob damni reparationem. | n. 11. |
| Contra prætentam servitutem pignoratio licite adhibetur. | n. 3. | Pignorari possunt per alienum fundum euntes, vel vehiculum ducentes. | n. 13. seq. |
| Patientia quid operetur in incorporalibus? | n. 4. | Cessante damno, cessat jus pignorandi. | n. 15. |
| Enarrantur breviter justæ pignorationis cause. | n. 6. sq. | Exemplum. | n. 16. |
| Pignoratio inducit dispatientiam. | n. 8. | Pignoratio contra ingredientiæ alienos hortos permissa. | n. 17. sq. |
| Contra omne jus, quod alter in nostro pretendit, pignoratio admittitur. | n. 9. | Extenditur in genere ad omne damnum. | n. 19. |
| | | | Mo- |



| | | |
|---|--|---|
| <i>Modo in ipso facto fiat pignora-</i> | <i>Distinctè respondetur.</i> | <i>n. 31.</i> |
| <i>tio.</i> | <i>n. 20.</i> | <i>An tacita hypotheca inferat jus</i> |
| <i>Applicatur ad pignorationem be-</i> | <i>pignorandi?</i> | <i>n. 32. seq.</i> |
| <i>stiarum.</i> | <i>n. 21.</i> | <i>Jus retentionis non infert jus pi-</i> |
| <i>Quid si animalia sint aratoria?</i> | <i>gnorationis.</i> | <i>n. 34.</i> |
| <i>n. 22.</i> | <i>An pignorandi licentia possit per</i> | |
| <i>Quid si sint animalia Clericorum?</i> | <i>pactum concedi?</i> | <i>n. 36.</i> |
| <i>n. 24.</i> | <i>Quid si Statutum adsit?</i> | <i>n. 40.</i> |
| <i>An intersit, si animal sponte ingre-</i> | <i>Exempla.</i> | <i>n. 42. seqq.</i> |
| <i>diatur, vel immittatur?</i> | <i>n. 25.</i> | <i>Pignoratio justa est ob servitia de-</i> |
| <i>Pignoratio adhibetur ad coërcen-</i> | <i>negata.</i> | <i>n. 45.</i> |
| <i>dam contumaciam.</i> | <i>n. 26.</i> | <i>In vectigali non soluto.</i> |
| <i>Contumacia distinguitur.</i> | <i>n. 27.</i> | <i>In collectas non solvente.</i> |
| <i>An contractum non servans pos-</i> | <i>Probatur præjudicio Marchico.</i> | <i>n. 48.</i> |
| <i>sit pignorari?</i> | <i>n. 28.</i> | <i>Ob collectas non nisi Subjecti pi-</i> |
| <i>Explicatur, quomodo ob debitum</i> | <i>gnorari possunt.</i> | <i>n. 49.</i> |
| <i>pignoratio permessa.</i> | <i>n. 29.</i> | <i>Quid hoc casu circa Professores</i> |
| <i>An Pensionarius ob non solutam</i> | <i>juris?</i> | <i>n. 50.</i> |
| <i>pensionem pignorari à locatore</i> | <i>n. 30.</i> | |
| <i>possit?</i> | | |

1. **P**ostquam in priori capite personas, quibus pignorandi jus permissum, proposui, ordinis ratio exigit, ut hoc capite subjiciam causas, ob quas pignoratio licita sit. Quamvis enim mores admiserint pignorandi licentiam, non tamen promiscuam illam esse
2. voluerunt, sed ad certas causas restrictam. Cum autem causæ plures sint, ob quas pignorare liceat, mihi in præsentî, amore brevitatis, quam mihi in hac Disputatione proposui, ad tria summa capita has causas referre lubet. Dico itaque, Pignorationes esse permissas, ubi vel jus nostrum conservandum, vel damnum illatum
3. resarciendum, vel contumacia alterius coërcenda. Primum caput, scil. juris nostri conservationem quod at-
- tinet,

rinet, præcipuè tunc pignorare fas est, quando alter
 contra libertatem illam nostro fundo competentem,
 pro qua libertate semper præsumitur *Mascard. de Probat.*
Concl. 1036. jus aliquod, vel servitutum in nostro præten-
 dit, quod pignorando impedire necessum habemus. No- 4.
 tum enim est, in juribus seu rebus incorporalibus ac-
 quirendis, patientiam alterius, alteri esse loco tituli, imò
 & loco traditionis. *L. 1. §. ult. ff. de Servit. Rust. Præd. L. 11.*
§. 1. ff. de Public. in rem act. adeo, ut qui alterum passus
 est, longo tempore Servitute, vel alio jure uti, quasi tra-
 didisse videatur, ita ut alter præscriptione tutus sit *arg.*
L. 10. ff. Si Serv. Vindic. L. fin. in fin. C. de Præscrip. long. temp.
Conf. Dn. Brunnem. ad d. L. 10. ff. si Servit. Vindic. Hillig. in
Donell. lib. 11. c. 12. lit. C. Quod si tantæ efficacæ patien- 5.
 tia est, necessum omnino erit, ut pignorando adversari-
 um, Dominus fundi testetur, se minimè permittere vel-
 le, ut tale jus, quod præten dit, sibi in hoc fundo acqui-
 rat. Per compendium verò hos casus proponit *Mev. p.* 6
1. Dec. 34. n. 7. quando ita dicit: *Causa pignorandi justa ha-*
betur defensio rei vel juris sui, veluti cum quis vel pro con-
servanda fundi sui libertate adversus injuriam, servitutum
aliave onera inferentem, tentantem, vel pro interrumpen-
da præscriptione contra actus præjudiciales, vel pro servitute,
in alieno prædio quasita, contra turbantem retinenda & usur-
panda, pignorat, & hoc remedio adversa amoliri intendit.
 Constitutio nostra Marchica *Tit. 49. Rubr. von Pfandun* 7
gen/ superius allegata, cum eo consentit, quando tunc
 permissas pignorationes esse dicit: *Wann ein Nachbar*
sich dem andern mit Triffen/ Hütung/ Hölzung/ Fischeo-
reien oder andern Angriffen in das seine eindringen/ und
eine Gerechtigkeit dadurch einführen wil. scil. quod aliàs 8.
in proverbium abiit: Ein Bauer fürchtet sich für nichts
mehr/

mehr/ als für die Gerechtigkeit; adeo ut nec ad preces Dominorum suorum quicquam agere soleant, ne jus inde prætendatur perpetuum; id non sine ratione dicitur; uti enim dictum, tribuit patientia jus, quod pignoratione iterum excluditur. Pignoratio enim inducit dissensum, contradictionem & dispatientiam Domini, contra quem præscribere volumus. *arg. L. In vitum. 5. ff. de Servit. Urb. Præd. Carpz. p. 2. C. 27. D. 3. n. 3. Coler. Dec. 9. 136. n. 14.* Nec tantum in juribus antea expressis in Marchia hoc permittitur, nimirum in jure pascendi, piscandi, & lignandi; Sed & in similibus casibus aliis; subjicitur enim in dicta Constitutione und andern Angriffen/ per quod omne jus in nostro prætenfum & propria auctoritate usurpatum intelligimus. Quare & ob jurisdictionem turbatam pignorare fas est *Carpz. d. Const. 27. Def. 3. n. 4.* idem obtinet in jure venandi, in Servitute aquæ ductus, & in similibus *Köppen p. 1. Decis. Quæst. 41. n. 18.* Obtinet quoque in conservatione juris Laudemii, si hoc præstare detrectet Emphytevta, ubi boves, oves & similia ipsi auferri possunt *Carpz. d. l. n. 9.*

II Secundum caput permissæ pignorationis est, ut damnum nobis illatum resarciatur, sive id per homines sive familiam alicujus, sive per pecora fuerit datum; de quo ita cautum in *Constit. Brandenburg.* antea allegata, demnach wollen wir/ daß alle die Pfandungen in unserm Lande anderer Gestalt nicht sollen gebrauchet werden/ denn wenn einen Nachbarn von dem andern oder desselben Leuten/ Gesinde/ Viehe/ auff den seinen Schaden geschicht &c. *Qua de re ita Dn. Mev. p. 1. Dec. 34. n. 12 10.* Est etiam justa causa pignorandi, reparatio damni quod infertur alteri, vel in re sua, ut si homines in alienis fundis quid contra jus faciunt in alterius damnum aut præjudicium,

aut

aut si per aliena pecora frumentis, segeti, pascuis detrimenta
 accedunt, vel debitum denegando aut defraudando. Quod 13
 attinet itaq; damna per homines aut familiam data, ad-
 mittitur pignoratio; si quis per agrum alienum transe-
 at, & segetes proterat; si hortos & agros alicujus noxie
 ingrediatur *Mev. d. l. n. 12.* Possunt ergo pignorari auri- 14
 gæ transeuntes extra viam per fundum alterius, ubi Do-
 minus fundi rem quandam pignori ab ipsis capere po-
 test, donec damnum restitutum fuerit. *Köppen Dec. 41. n.*
7. Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 3. n. 67. Berluch. p. 2. c. 34. n. 11. 15
 præsupponendum tamen hic damnum erit, quia hujus re-
 parandi causa pignoratio adhibetur; Ex quo patet, si
 auriga tempore hyemali, da der Acker fest gefrohren ist/
 also daß die Pferde nicht eintreten/ und der Wage nicht
 einschneiden kan; transierit per agrum alterius, injustè
 eum à Domino fundi pignorari. Nihil enim nocuit Do-
 mino, sed suæ saltem utilitati prospexit auriga, ut
 eapropter Regula juris nostri æquissima sibi locum vin-
 dicet: *Quod tibi non nocet, alteri vero prodest, ad id po-
 teris compelli;* Suggestit enim hoc æquitas, licet jure de-
 ficiamus, prout loquitur Paulus Jctus in *L. 2. §. 5. vers.*
quanquam ff. De aqv. & aqv. plu. arcend. Ob quam cau- 16
 sam nec Pastor ovium pignorari poterit, si in agro con-
 sito pascat oves eò tempore, ubi frigus adhuc constri-
 ctum tenet agrum, sicuti pronunciatum in Camera
 Elector. *d. 25. Febr. Anno 1657.* daß er sich der Hütung auf
 den Aeckern bey gefrohrner Saat wol gebrauchen möge.
 Cujus ratio pariter in cessante damno consistit. Por- 17
 ro possunt pignorari qui hortos alienos vel vineas in-
 grediuntur & ibi decerpunt fructus, vel aliud aliquid
 tollunt, quod noceat Domino; Praxis enim testatur,
 tali casu pileos vel alias res, quas secum fert clandesti-

- nus alienæ vineæ visitator, auferri solere *Conf. Köppen d. l. n. 8.* Quod idem quoque obtinet in eradicante & succidente arbores in hortis, vel fundis nostris *Coler. Dec. 136. n. 21. in fin.* quæ ipsa ob periculum in mora permessa est, ut Dominus eò citius damni reparationem consequatur à transeuntibus, qui quasi sunt, ut loquitur *Colerus*, in pede fugitivo, & quorum persecutio aliàs foret difficilis, aut forsan etiam impossibilis *Coler. de Proces. Exec. p. 1. c. 3. n. 68.*
- 19 Alia adhuc exempla dant in illo, qui arando contra voluntatem Domini agrum alterius subvertit *Köppen d. l. n. 9.* Sed operæ pretium non est, ut plures Casus speciales cumulemus, cum mores locorum hanc generalem induxerint regulam; Quod ob omne damnum agris, hortis vel aliis rebus nostris illatum, pignora-
 20 ratio sit permessa *Köppen d. l. n. 9.* Modo tamen in ipso facto damnificationis deprehendatur, wenn man einen auff frischer that befindet/oder an der Statt/so mag man ihn wol auffhalten und pfänden ohne des Richters Uhrslaub/quod ex jure Saxonico, & quidem ex *lib. 2. Landts Recht. Artic. 27. & 28.* probat *Coler. d. p. 1. c. 3. n. 73.* de quo dicam *cap. seq.*
21. Omnia hæc applicari possunt ad damna per bestias nobis illata; quamvis enim inclusio bestię prohibita sit per *L. 39. ff. Ad L. Aquil.* attamen jam superius dixi, moribus Germaniæ huic legi esse derogatum, & pignora-
 22 tionem bestiarum esse permissam. Nec exceptio hic facienda inter animalia, an pecora sint, an pecudes, an sint boves vel equi aratorii, an alii *Carpz. p. 2. C. 27. def. 1. n. 6.* licet dissentiat *Dan. Möller ad d. Const. Sax. n. 3.* cui observantiam reclamare asserit *Carpz. d. l. n. 7.* Quamvis hoc omnino admittendum, si adsint boves alii, aratori-

torios non esse pignori capiendos, cum quasi ad Instru-
 menta agriculturæ spectent, quæ pignori capere specia-
 li jure prohibitum erat, scil. ob favorem agriculturæ
 publicum *Conf. Nov. 32. 33. 34. & Matth. Stephan. Comm.*
add. Novell. Auth. Agricultores C. Quæ res pign. oblig. non
poss. & ita Möllerum explicat Dn. Thoma Tr. de Nox. Ani-
mal. cap. 24. n. 1. ubi n. 2. subjicit nec animalia Clerico- 24
 rum esse excepta; nullibi enim tale Clericis concessum
 privilegium, ut rebus suis aliis damnum inferre possint;
 Imò quò difficilius conveniri possunt Clerici, cum spe-
 ciale & maximè privilegiatum forum habeant, eò citi-
 us pignorandi remedium concedendum, ne diu in
 damno moretur Dominus. Unde apparet, nec hîc ex-
 ceptam esse *des Burgemeisters Ruhe* quam vulgus à pi-
 gnorationibus per proverbium eximere solet; Quid
 in animali Principis hoc casu juris sit, dixi *in fin. cap.*
præced.

Circa hoc quoque nihil interest, an animal immis- 25.
 sum fuerit ab homine in alienum fundum, an sponte
 ingressum. Omnino quidem, quantum ad actionem,
 inde oriundam, tali casu multum interest; si enim quis
 immiserit bestiam sine præscitu Domini, tunc non Do-
 minus bestia, sed ipse immittens conveniri potest *Rich-*
ter Dec. V. n. 22. Quantum verò ad jus pignorandi nihil
 interest, cum sufficiat Domino fundi, se ab hoc animali
 damnum esse passum *Dn. Thomæ d. l. n. 3. & 4.*

Tertium caput, vel tertia potius causa permissæ 26
 pignorationis est contumaciæ coërcitio, ob quam etiam
 jure Romano pignorationem adhibitam fuisse dixi *in*
cap. 1. n. 31. ubi de Tutore cavere nolente exemplum
 adduxi ex §. 3. *Inst. de Satisf. Tutor.* Præcipui verò casus, 27
 quibus moribus ob contumaciam adhiberi solet pigno-

ratio, oriuntur ex denegatione illarum præstationum, ad quæ quis vel speciali jure, vel quâ subditus, est ob-
 28 strictus, de quibus iterum distinctè agendum. Speciali jure obstrictum dico illum, qui certo jure contractus nobis ad certas, sive annuas, sive alias præstationes est obligatus; & hic dico, regulariter, si contumax sit in exsolvendis præstationibus debitis, pignorationem privata autoritate permissam non esse, nisi fortè in fuga constitutus sit debitor. *arg. L. 10 §. 16. ff. Quam fraud. Cred.* Si enim quis ob debitum ex contractu pignoret, incurreret pœnam amissionis Crediti juxta *L. Extat. 13. ff. Quod met. causa,* quem textum in praxi abrogatum esse dicendum non est, monente *Dn. Brunnem. in Comm. ad d. L. & pro observantia harum legum ab Ampliff. Facult. Juridica* hujus Academiae pronunciatum esse, aliquoties à *Dn. Preside* in publicis & privatis lectionibus me au-
 29 divisse memini. Quamvis ergo aliàs vulgi dictum sit: *umb Schulden mag man pfänden,* hoc tamen intelligendum de pignoratione per judicem facta, sicut optimè hoc explicat *Scheplitz in Promptuar. Jur. Civ. & feud. Tit. 36. n. 7. seqq.*

30. Dubitari verò solet, annon Pensionarius seu Conductor pignorari possit à Locatore ob non solutam pensionem? Et distinguendum puto quoad locationes feudorum aliorumve locorum Jurisdictionem annexam habentium; An pensionario simul jurisdictio locata, an non. Posteriori casu, cum Jurisdictio adhuc locatori competat, non adeo dubium est, pignorandi facultatem ipsi esse relictam, non vi locationis, sed retentæ jurisdictionis. Priori verò casu, si jurisdictio indefinitè in conductorem sit translata, locatori nihil in ea reliquum manet, inde & persona bonaque conductoris ab
 31 hac

hac sunt libera *Mev. p. 4. Dec. 246.* Concedunt quidem 32
 jura tacitum pignus in rebus à Conductore invec-
 tione debita *L. 5. C. Locat.* ex quo colligit *Dn. Köppen*
Dec. 41. n. 17. quod propter non præstitam pensionem
 rem Conductoris propria autoritate detinere possit lo-
 cator; Verùm non tutò inde ad jus pignorandi inferre 33
 licebit. Aut enim concedendum, omnem, qui tacitam
 hypothecam habet, habere jus pignorandi; quod tamen
 concedi nequit, cum pluribus creditoribus ita pignora-
 tio foret indulgenda; Aut docenda specialis diversitatis
 ratio, quare locatori tantùm, & non alii hoc jus permis-
 sum. Hoc facilè largior: Quia habet tacitam hypothe- 34.
 cam, habet etiam jus retentionis, & inde etiam Loca-
 torem res Conductoris detinere posse. Sed quis jus re-
 tinendi dixerit inferre jus occupandi vel pignorandi;
 cum notissimum sit, jura facilius retentionem, quàm
 actionem concedere; cum possidenti magis faveant,
 quam petenti *arg. §. Ex diverso 30. J. de R. D. L. Si in area.*
33. ff. de Cond. Indeb. justum ergo est, ut tali casu per judi- 35
 cem pignoratio fiat, ne periculum amittendæ pensio-
 nis vi *L. Extat. ff. quod met. caus.* incurrat locator. *Conf.*
Scheplitz in Prompt. Tit. 35. § 4. n. 4.

Cæterum quia dixi, regulariter illum, qui alterum 36.
 ex contractu debitorem habet, pignorare eum non pos-
 se, id fallit (1) Nisi pignorandi licentia ipsi per pactum
 sit concessa; Dubium quidem videtur, an pactum ta- 37.
 le sit licitum, quod contra manifestam dispositionem
 juris, privata autoritate rem alterius occupandi conce-
 dit; Quia tamen aliàs unusquisque rerum suarum mode- 38.
 rator est ac arbiter *L. 21. C. Mand.* & rei suæ legem dice-
 re potest quam velit; Insuper quoque pactum de ingre-
 diendo propria autoritate fundum alterius, non penitus

est illicitum, per *L. Creditores. 3. C. de Pignor. & Hyp. Coler. de Proc. Exec. p. 1. cap. 5. n. 83.* Dicerem, valere hanc pignorationem propria autoritate factam, præsertim si Possessor non resistat; contra resistantem enim opus foret iudicio, vid. Autores allegati à *Klock. Uot. Camer. Relat. 11. n. 33.* Quamvis & hoc pacto conveniri possit, ut debitor pignorationi, propria autoritate susceptæ, resistens puniatur. (2) Fallit, nisi consuetudine vel statuto receptum, ut per contractum etiam nobis obligatum, pignorare liceat. Quod enim pacto conveniri, idem & statuto introduci potest; nam Statuta sunt jus quoddam conventionale *Mev. ad Jus Lubec. Proëm. Qu. 2. n. 41. 42. seqq.* Et valere Statuta vel consuetudines de occupandis rebus debitoris à creditore propria autoritate, tradit *Köppen Dec. 41. n. 12.* Et hinc consuetudini Marchicæ adscribimus, quod quis illum Rusticum, qui ipsi ad præstationes annuas zu gewissen jährlichen Pächten obligatus est, propria autoritate pignorare, & sibi solvere possit, qua de re dixi *cap. preced. n. 52.* ubi tam in Constitutione allegata, quam in præjudicio subjecto semper in hoc puncto provocatur zu dem gemeinen Landes Gebrauch/ quod huic hæc pignoratio conformis sit, quamvis alii jurisdictionem in illum rusticum habeant. Simile præjudicium Marchicum refert *Dn. Bruennem. Comm. ad L. 10. n. 7. ff. de Jurisd.* Eadem ratio est Decimarii des Behendherren/ nam & hic non semper jurisdictionem in fundo Decimis obstricto habet, sed & ejus jus ex contractu dependet; & tamen notoria Marchiæ praxis pignorandi facultatem ipsi concedit *vid. supr. cap. 2. n. 55.* De Emphyteuta in Marchia idem dicendum puto, quia Canon ille Emphyteuticarius, qui jure Romano in recognitionem Domini exsolvitur. *L. 2. C. de jur. Emphyt.*

Emphyt. non diverso jure gaudet, ab illis redditibus, qui ex prædio sub nomine *der Pächte* exsolvuntur; ut hinc de similibus idem ferendum sit iudicium. *Card. Tusch. Pract. Concl. lit. S. Concl. 246.* Et in specie quoque hoc de Emphyteuta asserit *Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 1. n. 156. Berlich. p. 2. Concl. 34. n. 16.* Expelli tamen propria autoritate non⁴⁴ posse Emphyteutam, sed causæ cognitione opus esse, communis Dd. sententia est *Carpz. lib. 1. Resp. 87. Gail. lib. 2. Obs. 71. n. 7.* Plus enim incommodi habet expulsio, quàm pignoratio.

Sequitur jam pignoratio ob hanc causam facta⁴⁵, quia subditus se contumacem exhibet Magistratui vel illi, qui in eum jurisdictionem habet. Et hic repeto, Generale remedium tam Jure Civili, quam moribus esse, ut pignorando subditi ad obsequium redigantur. Justa ergo causa pignorationis est denegatio servitorum, à rusticis facta; Hi enim, si solita hactenus & à majoribus præstita Servitia exhibere recusent, pignorari possunt, donec ad debitam obedientiam reducantur *Dn. Brunnem. ad. L. 10. n. 7. ff. de Jurisd. Gail. lib. 1. Observ. 17. n. 8. Berlich. d. Concl. 34. n. 17.* Quid si verò Rusticus Servitia debens in alieno pago, & sub aliena Jurisdictione degat, an nihilominus is, cui servitia debentur, eum pignorare possit? Et puto, quia tali casu pignoratio effectus jurisdictionis est, non posse hunc rusticum, quamdiu sub aliena Jurisdictione degit, pignorari, *vid. supr. cap. 2. n. 12.* sed implorandum regulariter esse auxilium illius, qui eum sub jurisdictione habet. Quod si verò hic rusticus deprehendatur in illo loco, ubi Dominus servitorum jurisdictionem habet, puto ibi eum pignorari posse, cum sic nulla alienæ Jurisdictionis turbatio aut violatio concurrat. Et ita ad *Consultationem Curatorum*

rum

rum Ecclesie Mariana Stetiniensis. Anno 1669. d. 1. Jul. Ampliff. Fac. Jurid. hujus Academiae respondisse percepi, & quidem sequentibus verbis: daß die Stiffts Kirche in quasi possessione Juris pignorandi wegen versagter Dienste zuschützen/ weil (1) das Jus Pignorandi sonder Zweifel ein Effectus jurisdictionis ist/ welche der Marien Stiffts Kirchen ohn streitig zustehet. (2) Solches derselben auch durch den Uckerländischen Vertrag unbenommen ist/ massen darinnen den Einhabern des Dorffes Prislow zwar die Pfändung vergönnt/ aber nicht daß sie dieselbe ausser ihre jurisdiction exerciren solten/ darinnen exprimeret, und also billig pro omisso zuachten arg. L. Quicquid adstringenda 99. ff. de Verb. oblig. zumahlen in quovis actu termini habiles müssen prasupponiret werden/ und also auch in ipso jure pignorandi ex jurisdictione dependente arg. L. fin. ff. de Jurisdic. Deshalb berührter Transact billig dahin zu restringiren/ das im Fall die Hohenzandelsche Bauren in denen Prislouischen Gerichten betroffen würden/ sie wegen versagter Dienste daselbst möchten gepfändet/ oder mit Gefängnis gestraffet werden/ massen dann diese Erklärung des Vertrags schon Anno 1584. den 31. Martii von Herzog Johann Friderichen Hochseel. Gedächtnis per Rescriptum gemachet. Verum quicquid hac de re sit quoad rationem Juris Communis; In Marchia tamen si talis casus occurreret contrarium fortè dicendum foret; quippe si illi, cui tantum redditus annui ex fundo debentur, pignorare fas est, quamvis aliàs Jurisdictionem habeat, vid. supr. cap. 2. n. 43. non video, quare illi cui servitia debita non praestantur, hoc denegandū. Ex eodem fundamento, si in vectigalibus exsolvendis quis contumax sit, pignorationi locus est; quod non tantum obtinet, si vectigal exsolvere nolit, sed & si ex circumstantiis

[appa-

apparuerit, aliquem vectigal defraudare voluisse. Hinc si per vias inusitatas transierit, apparet inde, quod ordinarium territorii vectigal exsolvere detrectet, weil er die Dörter vorbeysfähret/ wo der Zoll gegeben werden sol/ hinc tali casu, ex recepta praxi, pignorari potest. *Berlich. d. Concl. 34. n. 15. Köppen. Dec. 41. n. 16. seqq.*

Idem obtinet in illis, qui collectas exsolvere recusant; cum enim intersit publicè collectas quàm citissimè exsolvi, ne ex mora periculum contrahat Respubl. pignorationibus adigendi sunt Cives, ut debito hoc publico se liberent; Tali tamen casu non plus per pignorationem auferendum, quàm quantum ad collectarum exsolutionem sufficit. *vid. Klock. de Contrib. cap. 19. n. 246.*

Alicubi ob pignorationem, contributionis nomine factam, certum tempus statutum est, intra quod rem oppignoratam recuperare liceat, quod in Marchia est 14. dierum duplicatū, sicuti apparet ex sententia quadam Electorali die *Mattbei Apostoli Ao. 1602.* publicata, in causa Senatus, & Tribunorum plebis Civitatis Neo-Brandenburgensis, cujus hæc sunt verba: Wo der Schoß auff die bestimmte Zeit nicht erleget wird/ mag der Racht darumb pfänden lassen/ und die Pfände dem Gepfandeten zu gute 14. Tage halten/ werden denn solche Pfände in 14. Tage nicht gelöset/ alsdenn sol der Racht die Pfände auffbieten/ und dieselben noch 14. Tage halten/ wo sie denn abermals nicht gelöset/ so mag sie der Racht verkauffen/ den Schoß davon zubekommen/ was denn an Gelde überbleibet/ das sol man dem wiedergeben/ des die Pfände gewest seyn/ wo aber der Racht so viel aus den Pfänden nicht kauffen könte/ das Schoß bezahlet würde/ alsdenn mag man fürder so viel pfänden/ damit man dasselbige Schoß bekommen möge. Hæc potestas vero pignoran-

G

di

46 CAP. III. DE CAUSIS OB QUAS PIGNORAT. PERMISSA.
 di ob contributiones regulariter quidem ex arbitrio Superioris dependet, quodsi tamen Magistratui exigenti tributa, non simpliciter pignorationis necessitas injuncta, non poterunt alios, nisi sibi subjectos pignorare
 50 arg. L. fin. ff. de Jurisd. Unde apparet, quid statuendum de sententia *Mev. p. 6. Dec. 128.* quando dicit, quod Professores in Academiis pro Collectis exsolvendis pignorari à Magistratu oppidano possint; Fundat enim se in Consuetudine, quæ cum sit contra *Auth. Habita C. Ne Filius pro Patre*, non præsumendum est, eam in ullo loco esse inductam, nisi specificè probetur. Durum enim foret executioni Senatus oppidani submittere Academiam
 51. am Hinc in specie in hac Academia Francofurtana, quamvis ratione bonorum Suburbanorum Contributionibus obnoxii sint Professores, attamen executio Senatui minimè competit, sed ea per Rectorem Academiae decernenda. vid. *Declarat. Elector. de Anno 1656. d. 25. Martii & 9. Junij* ubi prohibitum: das keine Executores, an die Professores, derer Wittwen und Kinder geschicket werden sollen. vid. *B. Dn. Brunneman Consil. 144.*

CAPUT IV.
 DE
 FORMA AC REQUISITIS
 PIGNORATIONIS.
 SUMMARIA.

| | |
|--|--|
| <p>Pignorationes nõ promiscuè sunt licite. n. 1. & 4.</p> <p>Forma pignorationis accuratè observanda. n. 2.</p> | <p>De qua pignoratione hic agatur. n. 3.</p> <p>Res pignoranda nocens esse debet. n. 6.</p> <p>Pecus</p> |
|--|--|



CAP. IV. DE FORMA AC REQUIS. PIGNORATIONIS. 47

| | | |
|--|-------------------|---|
| <i>Pecus quod non nocuit, pro no-</i> | <i>toleratur.</i> | n. 27. |
| <i>cente pignorari nequit.</i> | n. 7. | <i>Res pignorata illaesa conservari de-</i> |
| <i>Instrumenta damni pignorari pos-</i> | | <i>bet.</i> |
| <i>sunt.</i> | n. 8. seqq. | n. 28. |
| <i>In pignoratione subditorum contu-</i> | | <i>An animalia ferociora canibus ab-</i> |
| <i>matium unaquaeq; res capi po-</i> | | <i>igi possint?</i> |
| <i>test.</i> | n. 11. | n. 29. |
| <i>Temperatur.</i> | n. 12. | <i>An anseres possint occidi?</i> |
| <i>Quid hoc casu juris competat dem</i> | | n. 30. |
| <i>Pachtherren?</i> | n. 13. seqq. | § 32. |
| <i>Pignoratio in ipso facto fieri debet.</i> | | <i>Temperamentum subjicitur.</i> |
| | n. 15. | n. 31. |
| <i>Pecus quod fundum exeesit, pi-</i> | | <i>Quale remedium tali casu prodi-</i> |
| <i>gnorari nequit.</i> | n. 16. | <i>tum sit Iure Saxonico?</i> |
| <i>Quid si tamen pecus in alio meo a-</i> | | n. 33. |
| <i>gro deprehendatur?</i> | n. 17. | <i>An hoc in Marchia obtineat?</i> |
| <i>Deciditur.</i> | n. 18. | n. 34. |
| <i>Quid si in agro pignorare ceperit,</i> | | <i>An lapidibus abigi possit pecus?</i> |
| <i>sed extra agrum apprehenderit?</i> | n. 19. seqq. | n. 35. |
| | | <i>Res pignorata judici offerenda.</i> |
| <i>Quid si in alienum territorium</i> | | n. 36. |
| <i>persequar?</i> | n. 22. | <i>Quamdiu rem pignoratam retine-</i> |
| <i>Res pignorata debet esse proportio-</i> | | <i>nere possit pignorans?</i> |
| <i>nata damno.</i> | n. 23. | n. 37. seqq. |
| <i>Exemplum in non solutis collectis.</i> | | <i>Quid in Marchia?</i> |
| | n. 24. | n. 39. |
| <i>Et in subtrahente se excubiis.</i> | | <i>Offerenda judici loci ubi facta pi-</i> |
| <i>Modicus excessus in pignoratione</i> | | <i>gnoratio.</i> |
| | | n. 40. |
| | | <i>Et quidem illaesa.</i> |
| | | n. 41. |
| | | <i>Quid si concurrat Iurisdictio uni-</i> |
| | | <i>versalis cum circumsepta.</i> |
| | | n. 42. seqq. |
| | | <i>Scheplixius conciliatur.</i> |
| | | n. 44. |
| | | <i>Quid si iudex rem pignoratam ac-</i> |
| | | <i>ceptare nolit?</i> |
| | | n. 45. |

EX superioribus, ut puto, constabit satis superque, 1.
 pignorationes quidem moribus esse admittas, ve-
 rum non omnia, nec ab omnibus, nec in omni loco,
 nec omni tempore pignorare licere, uti in alia ma-
 teria loquitur Iustus Ulpianus l. solent. 6. §. 3. ff. de offic.
 Procons. Hinc & moribus certa pignorationi data forma 2.
 G 2 est,

- est, quam excedere pignoranti non licet; aut si exceſſerit, exceſſus ille debitis actionibus coërcendus. Forma enim dat eſſe rei l. *Julianus. 9. §. Si quis rem. 2. ff. Ad Exhibend. Card. Tufcb. Pract. Concl. 413. n. 2. lit. F.* & formâ neglectâ, actus integer nullus eſt *Tiraquell. ad L. Si unquam C. de Revoc. Donat. verb. Revertatur n. 69.* Hinc de Pignoratione in *Conſtit. March.* ſæpius allegata dicitur; *Es ſoll / wann Pfändung vorgenommen / damit gebührlliche Maas gehalten werden / id eſt forma pignorationis rite obſervanda.* Et hoc eſt, quod in *Receſſ. Imp. de Anno 1442. Tit. Wie man pfänden ſoll / dicitur: Daß er mit den Pfänden pfändlich gebäre.* Incumbit itaque mihi, ut pignorationis formam & requiſita ſecundum mores neceſſaria hoc capite brevibus proponam. Cum verò jura pignorationum alia dependeant ex LL. & Conſtitutionibus Imperii, ſecundum quæ inter Status alioſque immediatos Cives controverſiæ pignorationum deciduntur; Alia verò dependeant ex moribus, & locorum Conſuetudinibus, de quibus mihi tantum agendum, illa mitto, & Lectorem remitto ad *Gail. Tr. de Pignorat. Obſerv. 3. n. 5.*
3. *§ ſeqq.* De his verò in genere noto; quod pignorandi licentia ex moribus non ſit promiſcua, ſed quatenus ea rationabilis, quod non tantum ex cauſa, ſed & ex modo & forma æſtimandum eſſe, rectiſſimè monet *Mev. P. 1. Dec. 34.* Quamvis ergo ad requiſita pignorationis quoque ſpectet (1.) ut pignorans jus pignorandi habeat; & (2.) ut damnum fuerit pignoranti datum; De his tamen cum actum fuerit ſuperius, nihil in præſenti addo, ſed pignorandi jus ſuppono, & ipſum pignorandi modum tantum conſiderabo.
6. Primum itaque requiſitum erit, ut *res pignorata ſit nocens*, quod ipſum ex parte dependet ex illo, quod in
cap.

cap. preced. diximus. Tendit enim pignoratio ad damni reparationem; hinc quod non nocuit, ex eo reparatio damni peti nequit; quod præcipuè si per pastionem pecorum nobis damnum illatum sit, obtinet. Ex quo sequitur, si pars pecoris mei agrum alienum depaverit, non posse illam partem, quæ agrum non ingressa, pignorari, quamvis & tali casu pignorans contra secundum requisitum pignorationis peccet, de quo *vid. infr. n. 15.* Cæterum perinde est, an res aliqua nocuerit immediatè; an verò Dominus illà re, ut nocendi instrumentò, usus fuerit. Sic si quis in meo fundo jus venandi sibi arrogaret, & retia sive laqueos venandi causa sine permissu meo poneret, juxta *l. In laqueum. 55. ff. de Acquir. Rer. Dom.* licitum mihi est, hos laqueos pignorare, & ita libertatem mei fundi vindicare; Quamvis enim laquei mihi non noceant; Per laqueos tamen nocetur. Eadem ratio est, si quis vehiculum ducendo per meum agrum damnum intulerit, ubi mihi liberum est vel vehiculum vel equos pignorare, quæ de re ita in jure Saxonico, und werden des Mannes Pferde oder Wagen befümmeret in handhaffter That, *vid. Land Recht. lib. 2. Art. 40.* Si quis jus lignandi prætendat in nostro, securis ipsi, tanquam instrumentum damni auferri solet, quod praxis notoria satis superque confirmat.

Dum verò dixi, pignorandam esse rem quæ nocuit, vel mediante quâ nocumentum illatum; hoc ita obtinet, si pro damno reparando fiat pignoratio; sed cum sæpius etiam ad contumaciam subditorum coërcendam pignoratione opus sit, dico; tali casu unamquamvis rem regulariter pignorari posse, adeo ut in arbitrio Domini pignorantis sit, quam rem, vi jurisdictionis sibi competentis, auferre velit; Jura enim simpliciter Magistratui pignoris captionem concedunt §. 3. *Inst. de Satisd. Tut.* unde boves

G 3

vaccas,

- vaccas, equos, imò ad supellectilem spectantia auferri solere, experientia testatur. Et præcipuè si ob non solutas collectas pignoratio fiat, vix quicquam, quod non pignoretur, eximitur, dum lecti quoque haud rarò auferuntur;
12. quod utinam Praxis quotidiana non comprobaret? Boni tamen Magistratus est, non auferre illa, quæ ad sustentationem vitæ spectant, vel quibus ablatis manifestissimum rei familiaris damnum sensurus sit pignoratus; ut hinc, quod de pignorandis equis aratoriis in *superiori Cap. n. 22.* dixi, quod scil. talis pignoratio permiffa sit, non obtineat facillè in pignoratione ob contumaciam; si enim ulla alia ratione hæc coërceri possit, à talium pignoratione abstinendum.
13. Verùm quia in *cap. 2. n. 52.* ex praxi Marchica adscripsi dem Pächtherrn jus pignorandi, quamvis jurisdictione destitutus sit, quæritur, an & ille pro lubitu quascunq; res rustici illius, qui annuos redditus debet, pignorare possit? Et puto, cum ipsi ex singulari consuetudine, & non vi jurisdictionis pignorandi jus competat, & quidem hoc tantum fine, ut debitos sibi redditus die Pächte consequatur, regulariter pignorationem in illis tantum rebus, ex quibus illos redditus consequi possit, fieri posse, uti apparet ex præjudicio Camerae Electoralis, quod adduxi *cap. 2. n. 54.* ubi dicitur, daß man wegen der Pächte das Korn selbst könne außdreschen lassen.
14. Quod si tamen Rusticus ille malitiosè distraxerit frumenta, ita ut nihil, quod pignori capi possit, supersit, non puto aliarum rerum pignorationem fore illicitam, quia & ipsum prædium occupare potest, Er kan den Hof selbst einnehmen/ donec sibi satisfactum.

- II. Requisitum justæ pignorationis est, *ut in ipso facto ac loco damni dati pignoratio fiat*: quod Saxones appellant, in der Handhafften That. LandRecht lib 2. Art. 40. & Artic. 28. ita dicitur, findet man ihn aber an der frischen That/

Hat/ oder an der Statt. Scilicet dixi sæpius, pignorationem privatis non absolutè permissam esse, sed ratione sui fundi; Ergo ut in ipso fundo, ubi damnum datum, de-16.prehendat necessum est *Dn. Thoma de Noxa Animal. cap. 24. n. 6.* Ex quo apparet, si animal in meo agro damnum dederit, sed antequam ego advenirem, jam tum dereliquerit agrum, non posse me pignorandi jus licitè exercere; Libertas enim illa, quæ in meo agro mihi per consuetudinem relicta, non extendenda est ad agros alios, in quibus nullum mihi jus competit. Multa enim in continenti, & in ipso facto licita sunt, quæ ex intervallo nõ sunt licita *l. 3. § 9. ib. Sed hoc confestim nõ ex intervallo § l. 17. ff. De vi § 17. vi arm.* Ob quam causam & aurigam, qui fundum excessit, pignorare permissum non est. Sed quid si plures in eodẽ loco agros habeã contiguos, & deprehendam bestiam nõ in illo agro in specie ubi damnum datum; sed in alio agro meo, in quo nullum datum est damnum, an ita pignorandi jus mihi salvum erit? Et hoc affirmandum puto, quia damnum reverà datum, & res quæ damnum de-18. dedit, adhuc in illo agro deprehenditur, qui pignorantis arbitrio subjectus; Et insuper cum contiguitas agrorum adsit, non videtur Dominus in alio loco, quàm ubi damnum datum est pignorasse. Idem dicendum, si Domi-19. nus bestiam in agro suo, cui illatum damnum pignorare ceperit, sed ob fugam bestię eam demum in alieno agro apprehenderit; scil. adhuc pignorationem esse licitam; Initium enim regulariter in omni actu inspiciendum, non tantum in contractibus *L. 8. ff. Mandat. L. 1. §. Idem Pomponius 13. ff. Deposit.* Sed & in delictis dijudicandis *L. Quamvis 6. ff. de Furt.* Et videtur illud in continenti factum, 20. quod factum est celeriter *Bald. Conf. 34. n. 10. lib. 5. Card. Tusch. Pract. Concl. lit. I. Concl. 80. n. 1.* Quæ verò in continen-

21. tinenti fiunt, reputantur esse unius actus, & unum factum, præsertim si actus secundus continuativè ad primum se habeat *Tusch. d.l. Concl. 81. n. 2.* Simile exemplum in persecutione bestia obtinet; quando venator eandem, in alium agrum se conferentem, insequitur, quod ipsi licitum est, si in suo vulneraverit *vid. Struv. Jurispr. Lib. 2. t. 1. §. 23.*
22. Nec tantum persecutio de agro in agrum in pignoratione permessa, sed & si in alienum territorium se contulerit bestia, ubi nihilominus pignorare licebit, citra læsionem jurisdictionis Domini illius territorii, quod pluribus probat *Dn. Thomæ de Nox. Animal. cap. 24. n. 12.* Actus enim privatae auctoritati per mores indultus, tendere nequit in præjudicium alienæ jurisdictionis.
23. III. Requisitum justæ pignorationis est, ut *res pignorata sit proportionata damno dato.* Uti enim aliàs jura nostra æqualitatem amant, & hinc poenæ proportionem cum delicto urgent; ita idem in pignoratione quoque observandum; Si enim tantum pignori ceperit, quantum probabiliter est damnum datum, sufficere hoc ipsi debet, quia ita finem pignorationis sufficienter obtinere valet: Hac de re ita cautum *in Const. Marchica von Pfandungen* / ubi hæc habentur verba; *Und sol auch wann die Pfandung vorgenommen / damit gebührliche Masse gehalten / und nicht alles Vieh / sondern nach Gelegenheit des zugefügten Schadens allein ein Haupt 2. oder 3. genommen werden; Et post pauca: Und sollen in solchen Fällen keine grosse Pfandungen vorgenommen werden / sondern dieselbe bey 100. Thal. Straffe verboten seyn.*
24. Eadem proportio etiam in aliis causis, ubi pignoratio adhibenda, observari debet; E. G. Si ob collectas non solutas pignoratio fiat, non plus auferatur, quàm collectis exsolvendis sufficit *Klock. de Contrib. c. 19. n. 246.* Quod etiam

etiam observandum est inter Cives se pignorantes, quòd alter excubias in portis agere noluerit, ubi tantum auferri solet, quantum aliàs homini conducto pro excubiis solvendum. Quamvis si hostis instet, ob imminens periculum, duriori pignoratione compelli possit. Coeterum cum damnū ipsum ante aestimationem sit incertum, non poterit adeo strictè proportio observari, unde in dubio quid amplius pignorare non illicitum erit. Imò quamvis damnum jam sit certum, incerta tamen est rei pignoratæ aestimatio, attamen tali casu modicus in pignoratione excessus tolerari potest. Unde in casu contingente, ubi quis 100. thaleros debebat, creditor verò centum & quinque oves pignoris loco retinuerat, non injustum hoc esse, pronunciatum est in Cam. Elector. in Causa Hansß Besckers contra Adam von Burgsdorff d. 7. Martii Anno 1653. Anreichend aber/ daß Beklagter auff 100. Thal. bey dem Churfl. Hölz-Forster A. H. für Klägern Caution eingelegt hat/ deßhalb hat Beklagter/ zu seiner Versicherung gar wol 105. tragende Schaafe an sich behalten können / biß ihm seine Hand und Siegel wieder eingeschaffet worden.

IV. Requisitum est, ut *animal damnum dans includatur, ac illasum conservetur*; Quia enim ego damni reparationem pignorando consequi desidero, non ipse alterius bestiis damnum inferre debeo. Ex quo apparet, non licere pignoranti pecus in agro suo deprehensum occidere *Mev. P. 1. Dec. 34. n. 16.* Limitatur verò hoc, nisi forsantur pecora ferociora sint, quàm ut capi aut pignorari queant, veluti sunt sues, Anseres, quòd tunc canibus ea abigi liceat, adeo ut impellenti canes impunè sit, quantumvis unum vel aliud animal noxam dans interficiant *Dn. Richter Dec. 5. n. 9. Carpz. P. 2. C. 27. D. 1. n. 5. Coler. P. 1. c. 3. n. 66. & Dec. 136. n. 39.* Verùm illa consuetudo, quòd anse-

H

res

res indistinctè possint impunè occidi, vel ut vulgò dicunt, die Gänse bezahlen mit dem Kopff / non simpliciter admittenda, sed regulariter dicendum, nec anseres occidi posse; sicut in Camera nostra Electorali Decisum *10. 1600. d. Ven. post Convers. Paul.* In Sachen Henning und Christoff Quastes zu Garz contra Adam Psulen zu Sichelhise formalibus: Und weil gleichwol Beklagten nicht gebühret / in unerörterter Sachen Klägern / und ihrer Unterthanen Gänse dergestalt Hauffenweise unnachbarlich todschiessen zu lassen. So ist ihm dasselbe zu *continuiren* hiermit ernstlich untersagt / und verboten worden / dabey aber gleichwol eingeräumet die Pfändung nach Befindung / und dem Landesgebrauch an die Hand zunehmen.

31. Cæterum non absolutè hoc negandum, quasi nunquam bestia talis, quæ includi commodè nequit, occidi possit; Quid si enim sæpius admonitus sit Dominus, ut anseres, sues, aliaque animalia, quæ commodè capi non possunt, diligentius custodiat, ne damnum amplius inferre possint, alioqui se occidere ea velle; Dominus verò hanc admonitionem negligat; urbanus quidem facturum pignorantem facilè admitto, si ab occidendo se abstinuerit, & ad interesse egerit, argumento elegantissimi textus in *L. 1. §. 3. ff. de Peric. Et Comm. Rei vend.* Sed si stricto jure suo uti vellet, occidere istam bestiam posse, dicerem; & Dominus bestia sufficienter admonitus, non pignoranti, sed suæ culpæ hoc damnum adscribere deberet, juxta *L. 203. ff. de R. I.* Cum qua sententia variorum locorum statuta conspirant, quæ collecta legi possunt apud *Dn. Thoma Tr. de Nox. Animal. cap. 26. n. 5.* Nec in Marchia omni casu occisionem anserum absolutè prohibitam esse, dici potest, cum allegatum præjudicium in certis tantum terminis eam interdicere, manifestum sit.

Jure

Jure Saxonico tali casu, quia occidere semper non licet, 33.
 aliud damnum passio datum est remedium, ut scilicet duos
 advocet testes, & in eorum presentia abigat pecus, & per-
 sequatur usque in aedes Domini, quò factò, pariter obli-
 gatus Dominus, ac si pignoratio revera facta esset, Land-
 Recht Lib. 2. Artic. 47. Coler. Dec. 136. n. 40. Ego quidem 34.
 non dubito, idem remedium in Marchia adhiberi posse;
 verum non puto necessum esse, ut damnum passus unà
 cum testibus persequatur bestiam ad domum usque Do-
 mini bestiae; cum enim per testes hic sufficienter convin-
 ci possit, quid opus erit aliis remediis; nisi tamen ignota
 sit testibus bestia, quò casu necessum propterea erit be-
 stiam persequi, ut, dum se in stabulum sui Domini reci-
 pit, inde, quis ad damni reparationem conveniendus sit,
 certò constare possit. De cætero quousque canibus per- 35.
 sequi bestias liceat, an etiam extra agrum in quo damnum
 datum, tradit Dn. Thoma d. l. c. 26. n. 8. quod tamen ibi
 subjicit, pecora nocentia non esse lapidibus petenda, in
 casu si canes non adsint; id vix praxi modernæ correspon-
 det; Et sanè si canes adhibere fas est, cur non & lapides?
 præsertim si animal includendi licentia non detur.

V. Requisitum est, ut bestia pignorata a judici tradatur; 36.
 quò ita, quod per privatam auctoritatem peccatum vide-
 batur, per rem judici oblatam quasi emendetur, quò ille
 simul damni aestimationem inire possit. Circa hoc re-
 quisitum autem duo observanda, primò, quando bestia
 judici offerenda? Et deinde, quid, si iudex pignora oblata
 acceptare nolit, faciendum? Primum quod attinet, rece- 37.
 pta sententia est inter Dd. Juris Saxonici, quod intra 24.
 horas pignorata bestia judici offerri debeat, uti ex Gloss.
 Jur. Sax. probat Köppen P. 1. Dec. 41. n. 10. Coler. de Proc.
 Exec. P. 1. c. 3. n. 112. qualem in aliis quibusdam locis re-
 ceptam

38. ceptam esse probat *Thoma d. l. c. 24. n. 19.* Puto, quod regulariter arbitrio iudicis determinatio temporis committenda *arg. L. 1. §. fin. ff. de jur. delib.* ita ut tantum pignoranti spacium indulgeatur, quantum, ut commodè iudici offerri possit, sufficit; aut secundum ductum juris Communis 20. horæ nocturnæ diurnæque indulgenda forent *arg. l. 25. ff. Ad Leg. Jul. de Adult.* Fateor tamen, ordinariam Marchiæ praxin id approbare, ut mox bestia pignorata, antequam suo stabulo eam includat pignorans, iudici offeratur, daß man das gepfändete Vieh / sofort von dem Felde ins Gericht treibe / quamvis si per aliquot horas detinuerit, ob jura adducta extra poenam sit.

40 Alterum quod attinet, cui iudici pignora sint offerenda? Dico: Regulariter iudici loci, in quo damnum datum, sicut dixi superius, qua de re expressa Constitutio Saxonica adest *P. 2. Const. 7. circ. fin.* ubi ita dicitur: Es sol aber gleichwol mit der Pfandung gebühlich und wie Landbräuchlich gebahret / und die Pfande in das Gericht darinn der Grund gelegen / überantwortet werden / ut hinc quis iudex illius sit, cujus est bestia, non attendatur.

41. Hoc certum, pignus illæsum iudici presentandum esse, si enim vel vulneratum vel occisum pecus iudici offeratur, pignoratio pro justa non reputatur *Carpz. lib. 1. Respons. 8. n. 6. seqq.*

42 Diximus vero supra *cap. 2. n. 21.* nos exponere velle, quid juris sit, si unus in pago habeat jurisdictionem universalem, die Strassen Gerichte / alius verò particularem, & quidem sepibus inclusam, die Zaun Gerichte / cui tali casu bestia pignorata sit tradenda? Et dubium non est ex moribus Marchiæ multum sub recessu habere Jurisdictionem circumseptam, adeo ut ex communi Praxi, non tantum

tantum Civilem, sed & Criminalem jurisdictionem importet, quod late probavit *Dn. Praeses Disput. de Jurisdic. Circumsept. c. 3. n. 23. seqq.* Attamen in specie quoad praesentem casum in Marchia observari dicit *Schepl. ad Consuet. March. p. 4. Tit. 21. §. 1. n. 9.* illum, qui non habet jurisdictionem universalem die *Strassen Gericht* / debere animal in illo agro pignorum Sculteto istius pagi offerre: *Er müsse es auff des Schulzens Hof treiben.* Sed mihi dubia haec *Scheplitzii* sententia videtur; si enim alias Dominus fundi, habens jurisdictionem, propria autoritate pignora & pignus penes se retinere potest, per tradita *Carpz. P. 2. C. 7. D. 1.* sicut & dixi superius *cap. 2. n. 12.* non video, quare id jurisdictionem circumseptam, utpote quae & criminalem infert, habenti sit denegandum, in illo scilicet casu, si pignoratio in loco, jurisdictioni circumseptae subjecto, facta sit. E. G. wann die Schweine durch die Zäune durchgebrochen sind; ut hinc *Scheplitz* de eo casu exaudiendus videatur, si pignoratio facta in illo agro, ubi circumseptae jurisdictio cessat, quamvis consuetudinem contrariam probanti ego obloqui nolim.

Quid si verò iudex acceptare nolit oblata pignora? Jus Saxonicum disponit, hoc casu pignora praefecturae proximae, dem nächsten Ampt offerenda esse *Const. Saxen. 7. P. 2. in fin.* Nec discrepat *Const. Marchica* saepius laudata *Tit. 49. verb.* Und sol bey Vermeidung unserer Strasse das gepfändete Vieh nicht aufferhalb Landes; sondern in das Gerichte in demselbigen Dorffe / oder wo es darinnen keinen Schulzen hätte / in das nächste Gerichte getrieben werden; quod ergo hic dicitur de pago, Scultetum non habente, idem ego de Sculteto pignus acceptare nolente dicerem, quod sic proximo illi domino jurisdictionem habenti sit offerendum. Caterum non tan-

tum pignoratas bestias, sed & res alias pignoratas judici offerendas esse, apparet ex præjudicio addito à *Carpzov.* lib. 1. Resp. 8. n. 14.

CAPUT V.
DE
EFFECTU PIGNORATIONIS.
SUMMARIA.

| | | |
|--|--|--------------|
| Q uisnam effectus pignorationis? | Quid juris in Marchia? | n. 20. |
| | n. 1. Ignorans pœnam non solvit. | n. 22. |
| Principalis finis est damni reparatio. | Cujus sit periculum rei pignorate. | n. 23. seq. |
| | n. 2. | |
| Per quos damnum estimetur. | Quid si illegitimè facta sit pignorationis. | n. 26. |
| n. 3. | | |
| Pars adversa ad estimationem citanda. | n. 4. Juramento in litem locus est. | n. 27. |
| | | |
| Quodnam tempus in determinatione damni inspiciendum? | Quid si forma consuetudine indueta non sit observata? | n. 28. |
| n. 5. seq. | | |
| Cujus sumptibus estimatio damni fieri debeat? | Quando res pignorata cum omni causa restituenda? | n. 29. seqq. |
| n. 8. | | |
| An ipse damnum passus hoc estimare possit? | Impensa in rem pignoratam facta, quandoque compensantur. | n. 32. |
| n. 9. | | |
| An prestito juramento minorationis admittatur moderatio? | Pignoratione prescriptio interrumpitur. | n. 33. |
| n. 11. | | |
| Juramentum potest elidi, contrarii probatione. | Ratio. | n. 34. |
| n. 12. | Exemplo declaratur. | n. 35. |
| Quid si in probatione defecerit? | Qualis hæc sit interruptio. | n. 36. |
| n. 13. seq. | | |
| Pignoratus tenetur ad emendam. | Hoc casu res pignorata judici tradi debet. | n. 37. |
| n. 15. seq. | | |
| Quid si plurium Dominorum pœcora sint pignorata? | Dubium solvitur. | n. 38. |
| n. 17. | Constitutio Marchica super hoc puncto adducitur. | n. 39. |
| Quid si per cõtumaciam res pignoratata non redimatur. | Declaratur. | n. 40. |
| n. 18. seq. | | |

Ne

NE otiosè moribus inducta dici possit pignoratio, 1.
 de effectu ejusdem, quid scil. facta operetur, aut
 quo fine eadem adhibeatur, videndum. Uti
 vero effectus colliguntur ex suis causis *L. 2. §. fin.*
ff. de Donat. Gail. lib. 2. obs. 1. n. 9. Et qualis causa, talis
 quoque effectus esse solet *Barbos. locuplet. lib. 3. c. 10. Axi-*
om. 6. ita ex *cap. 3. n. 2. b. Disp.* repetendum; quod, sicuti
 ob triplicem causam pignoratio admittitur, videlicet
 ad juris conservationem, damni reparationem & contu-
 maciæ coërcitionem; pariter quoque triplicem hunc
 effectum producat. Principalis autem finis pignoratio- 2.
 nis esse solet, ut de damno illato nobis satisfiat *Thomæ de*
Nox. Anim. c. 25. n. 1. Damnum verò, ne pro lubitu æsti- 3.
 metur à pignorante, per æstimatores, ad hoc à iudice de-
 putatos, determinandum, & hodiè ut plurimum per Scul-
 tetum & Scabinos rusticos expeditur *Dn. Köppen Dec. 41.*
n. 28. de quo allegata superius *Const. der Chur und Mark*
Brandenburg ita disponit: *Auch der Schade auff Ansu-*
chen dessen / so gepfändet hat / durch die Schulken und
Schöpffen / oder die Eltesten im Dorff besichtiget und
gewürdiget; Ut tamen adversa pars huic actui intersit, 4.
 requirit *Scheplitz. P. 4. t. 21.* generale enim juris axioma
 est, ut quoties quis ex actu aliquo lædi potest, toties ad
 eum sit citandus *arg. L. 39. ff. de Adopt.*

Hic vero magnæ sæpius oriuntur controversiæ, an 5.
 tempus præsens vel futurum in determinatione damni
 considerari debeat; Puta, aliquis habebat fundum, ubi
 frumentum adhuc erat in herba, & magnum damnum
 animalia alterius eidem intulerunt, quæritur an confide-
 randum tempus damni dati, an vero futuri, ubi frumen-
 tum esset maturum? Et quanquam aliqui in ea sint opi- 6.
 nione, quod tempus messum sit expectandum, ut scia-
 tur

- tur, quantum ex tanto & simili frumento, dominus habiturus sit, *arg. l. 40. ff. ad L. Aquil.* Contrarium tamen verius est, quod scilicet inspiciendum sit damni dati tempus, ita ut damnum taxetur, quanti tempore dati damni vendi potuisset illud frumentum, cum dubius sit eventus perceptionis frumenti tempore messium; Deinde, quia si frumentum ita tenerum est, ut loco herbae sit, numero frumenti haberi non debet, ergo nec aestimatio secundum valorem frumenti, sed herbae, fieri debet *L. 4. ff. Arbor. furtim casar. vid. Berlich. P. 2. C. 34. n. 62. & seqq. Richter Dec. 5. n. 16.*
7. Quæritur vero hic, cujus sumptibus, si aestimatores pro opera quid desiderant, aestimatio fieri debeat? Et quamvis regulariter sumptibus petentis res expediendi soleat, quod in actibus judicialibus generale esse probat prolixè *Dn. Brunnem. Consil. 136. n. 46. sqq.* tamen cum cognitio talis pignorati causam cõcernat, & insuper hic magis odio, quàm favore dignus sit, & pignorans tantum de damno vitando agat, utique sumptus à pignorato erunt suppeditandi. Ipse quoque Dominus in cujus fundo damnum datum est, illud aestimare potest, quo casu turbator illam aestimationem præstare, vel juramento suo illam minuere debet; cum hic agatur de vi ablativa vel expulsiva, ubi soli assertioni partis invasæ creditur, absq; omni juramento vel alia liquidatione *Coler. in Proc. Exec. in Pref. n. 15. in fin. Berlich. P. 2. C. 34. n. 65.* Quæ jurata damni aestimatio non ex solo jure Saxonico est, sed fundamentum quoque in jure Romano habet *in L. Si quando C. unde vi* quomodo autem actori concessa libertas jurandi per judicem restringenda, de eo *vid. B. Dn. Brunnem. Com. Cod. ad d. L. 9. n. 5.* Juramento autem hoc, quod in Saxonia minutionis vel minorationis vocant, præstito, nulla alia judicis moderatio requiritur, sed extenuationi illi

- Haupt des abgepfändeten Viehes zweene Silber Groschen/und Bezahlung der Fütterung/ auch den Schaden/ so hoch der gewürdiget/ bezahlen/ licet per praxin Marchicam aliàs tres argenteos solvi solere, testetur *Dn. Köppen*
16. *Decis. 41. n. 29. in fin.* Quid in Saxonia obtineat vid. *Richter Dec. 5. n. 23. sqq. Dn. Thoma Tr. de Nox. animal. cap. 16. n. 16. Berlich. P. 2. Concl. 34. n. 52.* scilicet si pignorus pecora vel alias res pignoras redimere contumaciter neglexerit, tenetur de jure Saxon. judici in pœnam contumaciæ pro singulis noctibus, sive pro singulis 24. horis trinos solidos h. e. 4. grossos exsolvere *Carpz. P. 2. C. 27. Def. 5. n. 9.*
17. § 10. Quod si verò contigerit plurium Dominorum pecora damnum dedisse, & ob id pignorata esse, quomodo tali casu emenda illa, vel potius mulcta computanda erit? Et puto, mulctam non numerandam esse pro singulis corporibus, sed à singulis Dominis eam esse solvendam, quod præjudiciis confirmat *Richt. Dec. 5. n. 25.*
18. Quia vero sæpius pignorati in continuata quadam contumacia subsistere solent, interim vero mulcta illa nimium quantum excrescat, tunc si pœna contumaciæ pretium rei pignoratæ adæquet, de jure Sax. cessat luitio, das Vieh hat sich verstanden/ & cedit judici, quasi ipsi venditum pro justo rei pretio ex præsumpta voluntate Domini in venditionem tacitè cõsentientis, ac nec ipsi ulterior negligentia venia conceditur *Carpz. d. C. Def. 6.* Similiter in hac Facultate Juridica die 23. 8br. 1669. zwischen den Herrn Graffen von Solms und dessen Schulzen pronunciatum, sequentibus verbis: Es ist an dem/ daß einer Obrigkeit nicht allein frey stehet/ die ungehorsame Unterthanen zum schuldigen Gehorsam und Aberagung der Zinsen/ wie auch anderer Gebührnüss durch Aufpfändung zu zwingen/ sondern es ist auch nach Landüblichen Sächs

Sächsischen Recht kundbahr / daß der außgepfandete Bauer das Pfandgeld davor abzutragen schuldig / hätte nun gedachter Schulke den Dchsen so lange stehen lassen bis das gewöhnliche Pfandgeld den Wehrt des Dchsens überstiegen / so wäre der Dchse verstanden / und könnte die Obrigkeit zu keiner *Restitution* nunmehr angehalten werden. *Quid in Marchia tali casu juris, tradit sæpius allegata Const. tit. 49.* Würde aber der Gepfandete die Pfände muthwillig in die Gerichte stehen lassen / und dieselben nicht wieder lösen noch außbürgen wollen / so soll das schuldige Theil den Gerichten für jeder Nacht 3. *arg.* Straffe geben. Würde es aber auch noch 14. Tage stehen bleiben / so sollen auf des / der die Pfandung gethan / Ansuchen / die Pfände taxiret / und so theuer sie gelten verkauffet / und das Geld bis zu Auftrag der Sachen in den Gerichten niedergeleget werden; *ita ut damni æstimatio, & quæ pignorato præstanda incumbunt, de pecunia solvatur, & residuum venienti Domino restituatur Scheplitz. P. 4. t. 21.* Quamvis dicerem, hac Constitutione tantum remedium concedi pignoranti, quò eò citius damni reparationem, per distractionem bestiæ pignoratæ consequatur; Quod si tamen vendere vel nolit, vel commode non possit, & interim tantum labatur tempus, ut pœna contumaciæ exæquet æstimationem rei oppignoratæ, nullus dubito, etiam in Marchia pignus interiisse, daß sich das Pfand verstanden habe. Si vero turbanti contumacia imputari non possit, ut si non statim resciverit, nec tunc pœna obtinebit, quia cessante contumacia pœnam contumaciæ cessare, æquum est.

Sed quid si pendente lite super æstimatione damni res pignorata perierit, quæritur cujus sit periculum, pignorantis vel pignorati? Et distinguendum censeo, an

- legitimè facta sit pignoratio, an non; Si legitimè facta, tenetur pignorans ad conservationem rerum pignoratarum, talem diligentiam impendere, quam in suis re-
24. bus præstat *Mev. P. 1. Dec. 34. n. 18.* Si vero animalia pignorata decesserint, vel res interierint, absque culpa tamen pignorantis, vel à militibus necata vel surrepta fuerint, hoc pignoranti non imputandum, & nihilominus pignoratus tenetur damnum & impensas in res pignoratas
25. factas refarcire *Carpz. P. 2. C. 27. D. 9.* Nemini enim casus, sed potius pignorato culpa vel mora, quam in negligendo pignore admisit, imputari debet *Richter Dec. 5. n. 29.* Et bonæ fidei possessor, qualis est justus pignorator, non tenetur de casu, textus in *L. illud 40. ff. de Hered. Petit.*
26. Si vero minus legitimè facta, tunc vel pignoratio plane LL. interdicta, uti contingit, si contra Leges Imperii pignoratio fiat, quò casu pignorator est in dolo; imò semper in mora est, qui actum prohibitum fecit, textus in *L. 2. §. Doli mali mentio. 8. ff. de vi Bonor. Rapt. L. 23. ff. de verb. oblig. L. 3. ff. de Reb. Cred.* Et in *L. 1. C. De His quæ vi met. Caus.* dicitur: Eorum quæ vi ablata sunt, etiam si postea interciderint, integram esse persecutionem. Locus ergo erit tali casu, si res ablata & contra Leges pignorata perierint, juramento in litem *L. 5. §. 3. ff. de In lit. jur.* de quo prolixè videri poterit *Gail. de Pignorat. obs. 18. n. 1. & seqq.* ubi etiam, quid in casu rei pignoratae deterioratae juris sit, & quomodo tali casu æstimatio ineunda, agit, quod ad nostrum scopum, cum de pignorationibus Imperii non agamus, parum spectat.
27. Vel pignoratio quidem legibus loci non interdicta, non tamen secundum formam in pignoratione receptam facta; quò casu itidem periculum pignorantis esse dico: Hinc in casu, ubi quis debitas exsolverat præstationes, &
- tamen

tamen ob alias indebitas pignoratus erat, pignorantem ad pignoris perempti aestimationem condemnavit Camera nostra Electoralis d. 7. Maij Anno 1652. in causa der gemeine Bauerschafft zu Bewering/wider den Hn. Georg von Winterfeld Commendatoren zu Schieffelbein / hilce formalibus: Es kan Beklagter ihnen solche *præstation* nicht schwerer machen / und wann ihm einer und der ander sein *contingent* entrichtet / ein mehrers von ihm nicht *exigiren* / deßhalb Er dann den Schulken / wofern Er dasselbis *geim* nechst-abgewichenen und vorigen Jahre abgegeben / das Pferd so ihm dieser *prætension* halber zu letzt abgepfändet / und bey Beklagten umbkommen / zu bezahlen schuldig ist. *Cæterum* si res pignorata perempta non sit, sed extet adhuc, eadem restituenda in eadem bonitate, & cum omni sua utilitate *Gail. de Pignor. obs. 17. n. 2.* quod ita intelligendum, si pignoratus præstanda antea præstitit, & damnum illatum restituerit; ita pronunciatum in dem Cammer-Gericht zu Berlin No. 1645. den 10. Aug. zwischen dem Raht und Gerichte zu Neuen-Rupin / wider Christoff Bächler / daß die abgepfändete Kuh *cum foetu & fructibus* zu restituiren / dargegen Beklagter was auff die Fütterung gangen / zu erstatten / ist *condemniret* worden. Et similiter ibidem pronunciatum d. 18. 7temb. Anno 1661. 30. & 17. Octob. 1662. In Sachen der sâmpelichen Unterthannen zu Sollentin / wider Hans Siegfried von Saldern / verba ita se habent: Das abgepfändete Vieh muß in den Stand / wie es damahls gewesen / wiederumb geliefert werden. Et ejusdem tenoris præjudicium Camerale 31. publicatum d. 7. Jan. 1659. zwischen Albrecht Schulken zu Schonfeld / und der Ritterschafft des Lâbusischen Kreises; daß nach eingewandter *appellation* abgepfändetes Schafs und Kind Vieh sampt dessen entbehrten Nutzen / ist *appellanten*



lanten zu restituiren. In quo ultimo casu, cum pendente
 32. appellatione, & ita de facto instituta sit pignoratio, nul-
 lum dubium est, mox restitutionem faciendam esse. Sed
 cum dictum antea sit, restitutionem fieri debere cum
 omni causa; E contrario verò, justè pignorum omnes
 impensas, in rem pignoratam alendam factas, restituere
 debere; aliquando compensatio institui solet, inter per-
 ceptam ex re pignorata utilitatem, & pabulum impen-
 sum, sicuti pronunciatū in Camera Electorali d. 7. Martii
 1653. his verbis; Wenn solches geschehen; (scil. si de da-
 mno satisfactum) muß Beklagter die 105. tragende Scha-
 fe mit den Nusen und Zuwachs / Klägern ohn entgeld der
 Fütterung abfolgen lassen / dann deshalb bleibe Beklag-
 ten der Mist / und die Nüzung der beyden abgepfändeten
 Ochsen.

33. Sequitur jam alius pignorationis effectus, quod, si
 illa legitimè facta sit, ultra præstationem sc. damnorum,
 emendæ, &c. etiam ad impediendam quasi possessio-
 nem in juribus negativis, & ad interrumpendam præ-
 scriptionem profit, putà, quando agitur de acquisitione
 34. Servitutis, jurisdictionis, venationis, aut alterius cujus-
 cunque juris in fundo alterius *Coler. P. 1. c. 3. n. 90.* Nam
 sicuti prohibitione & acquiescentia Adversarii acquiri
 potest possessio juris negativi, ita etiam pignoratio pi-
 gnorantis dispatientiam infert, adeoque quasi possessio-
 nem juris negativi impedit. Dispatientia enim non mi-
 nus factis, quàm verbis declaratur; jam verò pignoratio
 manifestam ejus, contra quem præscribitur, dispatien-
 35. tiam inducit *vid. Köppen Dec. 41. n. 30. & seqq.* Hinc si
 quis oves suas pasculatum agat in prædium alterius, ani-
 mo acquirendi servitutem, poterit Dominus prædii,
 unam vel alteram ovem capere, & pignorare eum in fi-
 nem,

nem, ut præscriptionis, quâ mediante alter intendit jus servitutis acquirere, fiat interruptio. *Carpzov. lib. 1. Resp. 8. n. 1. sqq.* Nec pignoratio tantum civilis interruptio est, 36 quâ scil. possessori, non quidem possessio ipsa adimitur vel intervertitur, sed jus tantum possidendi in dubium vocatur; sed est naturalis interruptio, quâ possessio ipsa amittitur. *Struv. Exerc. 34. tb. 27.*

Sola tamen pignoratio præscriptionem non inter- 37 rumpit, nisi pignus captum Judici ejus territorii, in quo contingit pignoratio, Dominus fundi præsentaverit, & pars adversa citetur. *Koppen. Dec. 41. n. 34. Carpz. d. Resp. 8. n. 4. Coler. de Proc. Exec. P. 1. c. 3. n. 9. & multis sqq.* Quam- 38 vis enim ad incorporalium rerum seu jurium præscriptionem interrumpendam, extrajudicialis etiam prohibitio vel protestatio sufficiat, & sic etiam pignorationem, licet res Judici non fuerit præsentata, sufficere putet. *Struv. Exerc. 43. tb. 28.* Dissentit tamen *Coler. P. 1. c. 3. n. 105. & Koppen. Dec. 41. n. 35.* De Jure Saxon. sanè certum est, 39 pignus tradi debere Judici, uti ipse *Struv. d. l.* testatur, & ne super hoc in Marchia dubium occurrere possit in *Const. der Chur und Mark Brandenburg tit. 51.* Ob die Pfändung eine lauffende præscription verhindern / controversia hæc ita decisa extat, quam hic adduxisse non pigebit. Nachdem die Pfändung / wann einer eines andern Vieh auff seinen Grund und Boden betrifft / ist in Teutschland sehr gemein / und zu Rechte zweiffelhafftig / woran dißfals recht geschicht / sonderlich / ob durch solche Pfändung die lauffende Verjährung / oder die *quasi possessiones in Juribus negativis* verhindert werde; Und ob wol etliche der Meinung / daß durch Pfändungen die *præscriptio* nicht solle interruptiret werden. So erachten wir doch / wann der / welcher sich auff des andern Grund eine *Servitut* anmafs-
set/

set / aber derselben seiner angemessenen *Servitut* oder *quasi possessionis* keinen *titulum* zu beweisen / daß durch des andern Pfändung / wann das Pfand im Gerichte eingestellet / und darauff das *Begehren citiret* wird / *prescriptio servitutis discontinua* wol *interrumpiret* werden könne. Wann aber der *Titul* über die *Servitut* vorhanden / so soll damit / welcher über den *titul* die *quasi possessionem servitutis* erlangt / bis auff weiterer *causa cognition* in der Sachen / die Pfändung an seiner zuvor erlangten *quasi possessione servitutis* nicht schaden. Scilicet, *presumitur enim pro titulo possidente*, & hinc *pignorantis factum merè turbativum reputandum est*; Quod si ad *interrumpendam prescriptionem nuda pignoratio sufficeret*, nemo ferè, *praesertim ille*, cui mali & rixosi sunt vicini, *possessionem continuatam allegare posset*. Optimè ergò *cautum in d. Const. Marchica*, quòd tali casu tam diu *pignorato salva manere debeat possessio*, donec *prævia causæ cognitione de utriusque partis justitia fuerit judicatum*.

CAPUT VI. ET ULTIMUM.

DE

REMEDIIIS ET ACTIONIBUS

RATIONE PIGNORATIONUM COMPETENTIBUS.

SUMMARIA.

| | | | |
|---|-------|--|--------|
| P rocessus quotuplex? | n. 1. | Quod obtinet quoque, si pignus non dimittat. | n. 9. |
| Causa pignorationis ad summarium spectat. | n. 2. | Vel iniquè pignorationem decernat. | n. 10. |
| Quomodo in Camera procedatur. | n. 3. | Privatus pignorans etiam injuriarum tenetur. | n. 11. |
| An pariter in pignorationibus privatorum. | n. 6. | Secus si justè pignoret. | n. 12. |
| Judex injustè pignorans injuriarum tenetur. | n. 8. | Idem in Judice. | n. 13. |

Quis,

| | | | |
|---|--------|---|-------------|
| <i>Quis pignorationem injustam esse, probare debet?</i> | n. 14. | <i>Deciditur.</i> | n. 30. |
| <i>Incumbit injustitiam asserenti.</i> | n. 15. | <i>Pignorato an competant remedia facti?</i> | n. 34. |
| <i>Dubium resolvitur.</i> | n. 18. | <i>Repignoratio an permessa?</i> | n. 35. |
| <i>Pro possessore presumitur.</i> | n. 19. | <i>Quare prohibita?</i> | n. 36. |
| <i>Pignorato dantur remedia possessoria.</i> | n. 20. | <i>Quid in Marchia?</i> | n. 37. |
| <i>In specie Interd. uti possidetis.</i> | n. 21. | <i>Explicatur Constitutio.</i> | n. 38. |
| <i>Et mandatum manutenentiae.</i> | n. 22. | <i>Die Pfandkehrung an permessa.</i> | n. 39. |
| <i>Quare haec sint utilia?</i> | n. 23. | <i>Regulariter illicita.</i> | n. 40. sq. |
| <i>Pignorato datur actio confessoria.</i> | n. 24. | <i>Quenam sit poena resistentis.</i> | n. 42. |
| <i>Ut est Legis Aquilia.</i> | n. 25. | <i>Verbis resistens etiam puniri potest.</i> | n. 43. |
| <i>Que etiam contra Magistratum obtinet.</i> | n. 26. | <i>Quid si pignorati jus sit liquidum.</i> | n. 44. |
| <i>Observationes ex Lege deductae.</i> | n. 27. | <i>Quid si quis judici pignoranti resistat?</i> | n. 45. seq. |
| <i>An pignorato competat actio de spolio.</i> | n. 29. | <i>Conclusio.</i> | n. 47. |

Causæ de quibus in iudicio controvertitur, uti vel ad iudicium ordinarium referuntur, in quo scilicet causæ pleno vel solenni Processu juris cognoscuntur; vel ad Summarium, ubi de simplici & plano proceditur, multis Processus ordinarii solennibus omis-
 sis; Sic causam pignorationis ad Processum summarium referri voluit Sereniss. Elect. Brandenb. *Johann. Sigism.* in jure Prutenico *lib. 1. t. 12. §. 1. n. 9.* Hinc celeris debet esse expeditionis, nec alia solennia requirit, quàm quæ de jure Gentium requiruntur, ut narratio facti, citatio, responsio, Defensio Rei & sententia *Dn. Brunnem. in Proc. Civil. cap. 1. n. 16.* In Camera Imperiali Pignorationis Processus bipartitus est, nempe mandati, & Citationis. In priori mandat Imperator, ut persona capta ante omnia relaxetur, vel res pignorata è vestigio restituatur,

K

rece-

- receptâ tamen prius à pignoris cautione de restituendo vel reponendo se vel pignora in priorem statum, si pro pignorante fuerit sententia lata, vid. pluribus *Coler.*
4. *in Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 292.* Deinde citatur pignorator, ut causam pignorationis deducat sub poena perpetui silentii, juxta text. in *L. Cum Titia 18. ff. de Accusat.* Processus igitur Mandati ad res mobiles pertinet; Citationis vero ad interdictum retinendæ possessionis, & hinc ad res immobiles spectat vid. *Gail. de Pignorat. obs. 1. n. 10. Dn. Textor. ad Recess. Imper. de Anno 1654. Diss. 8. thes. 35. sqq.*
 6. Ex his tamen alias species pignorationis, quæ inter privatos obtinent, metiri non possumus, cum ratio hic cesset, nec similis providentiæ necessitas adsit *Mev. P. 2. Dec. 106. n. 5.* uti ex parte in *cap. 2. n. 6.* adductum, ubi simul additum, bene tamen in terminis habilibus argumentum trahi posse à pignoratione Imperii, ad pignorationem privatam. Mittam ergo illa, quæ legibus Imperii, contra Pignorationes prodita sunt remedia, & tantum quale privatis remedium competat, si per pignorationem læsi sint,
 8. hic subjiciam. Si itaque pignoratio injustè expedita, tunc aut injustitiæ causa latet in iudice, aut in parte pignorante. Si in iudice, utpote quòd ille festinanter pignorationem decreverit, nullum est dubium, ipsum injuriarum teneri; Non enim permittunt jura nostra Magistratui vel judici sub fiducia Magistratus aliquid injuriosè agere, sed actionem injuriarum contra ipsum concedunt *L. Nec Magistratus 32. ff. de Inj.* Unde iudex, si præstitâ cautione sufficienti, rem pignoratam dimittere nolit, injuriarum tenetur *Carpzov. lib. 1. Resp. 8. n. 12.* pari modo, quàm si arrestum prævia cautione relaxare nolit *Peck. de jure sistend. cap. 45. n. 3.* Idem est, si ab initio injustè pignoret; sicut enim si arrestum iniquè decretum, contra judicem arrestantem actio injuriarum competit *Mev. P. 5. Dec.*

Dec. 389. n. 1. non enim licitum est judici, cum discrimine
 exstimationis alterius temerè vagari *Gail. de Arrest. Imper.*
cap. 14. n. 1. Ita hoc in pignoratione quoque obtine-
 bit, ob paritatem rationis.

Si à privato pignorante injustitia sit commissa, mi- II.
 nus dubium est, ipsum actione injuriarum conveniri pos-
 se *Mev. d. Dec. 389.* quod enim judex impunè non facit,
 quomodo privato licitum dici poterit? Injusta vero
 quando sit pignoratio, hoc ex causa pignorationis & for-
 ma superius proposita æstimandum; Quod si in his non 12.
 peccaverit, sed ubivis legitimè processerit pignorans, cum
 jure suo usus sit, quod per mores Marchiæ concessum e-
 rat, nemini facit injuriam *arg. l. 13. §. 1. ff. de injur.* unde
 ob pignorationem justè institutam actioni injuriarum lo-
 cum non esse, in terminis tradit *Mev. P. 2. Dec. 331.* Et 13.
 tali casu si legitimè omnia peracta, etiam ipse Magistra-
 tus vel Judex ab injuriarum actione immunis erit, per *L.*
Quod Reipublicæ 33. ff. de injur.

Sed quis probabit, pignorationem justè vel injustè 14.
 esse factam? Et poterit iterum ab Arresto hic trahi argu-
 mentum: Qui enim arrestum dicit licitum, hoc probare
 tenetur, *Mev. P. 5. Dec. 389. n. 3. Mynsing. lib. 4. obs. 77.* Ve- 15.
 rum dubito, an tutò huic decisioni subscribendum, qua-
 tenus illa ad pignorationem applicatur. Rationem enim
 circa Arrestum hanc dat *Mevius*, quia est de genere pro-
 hibitorum, ob quam causam utiq; qui licitum illud dicit,
 hoc probare debet. Verum pignoratio illa, de qua ego
 hic ago, est de genere permissorum, tanquam ordinarium
 remedium moribus proditum, ad damnum à me averten-
 dum, ergo qui pignorationem illicitè factam esse dicit,
 hoc probare necessum habebit, uti alibi optimè decidit
Mev. P. 2. Decis. 107. n. 5. ubi bene subjicit, quod illa præ- 16.

- sumptio, quæ aliàs contra pignorationem est, diluatur in omni specie, in qua hæc est licita, & usurpari solita. Is itaque, qui
17. pignorantem injuriarum convenire vult, probare debet, ipsum vel causam pignorandi nullam habuisse, vel non licito modo pignorationem instituisse, cū in eo se fundet, hinc actionis fundamentum probare necessum habet *arg. l. 4. C. de Edend.* Et
18. quamvis pignorans se in affirmativa fundet, se scil. justè pignorasse, & hinc probationis onere gravandus videatur per *L. 2. ff. de Probat.* quia tamen pignorati negativa juris est, scil. non justè fecisse pignorantem, illa vero omnino à negante probanda sit
19. *Francisc. Herculan. Tr. de Proband. negat. num. 55. seqq.* Non poterit à probatione se liberare. Ut taceam pro pignorante militare possessionem fundi, unde pro eo, quod licitè egerit, præsumitur *Köppen Dec. 41. n. 19.*
20. Porro ipsi pignorato quoque competunt remedia possessoria; Cum enim pignoratus regulariter prætendat, sibi jus pacisci, venandi, aliudve ob cujus exercitium impeditur, competere, non poterit pignorationem aliter, quam manifestam
21. turbationem æstimare. Turbato verò in exercitio juris alicujus vel rei incorporalis, utile interdictum uti possidetis competere, expeditum est *L. 8. §. 5. in fin. ff. si serv. vind. L. 3. §. 2. & L. fin. ff. uti Possid. B. Dn. Brunneman. Comm. ad L. 1. ff. uti Possid.*
22. *n. 2.* Imò & mandata manutentionis tali casu impetrari posse, caret dubio: Manutentioni enim locus est contra quemvis turbantem, inquietantem, vel etiam turbare se velle jactitantem, aut qui alias molestias nobis infert; sicut prolixè tradit *Ludov. Post. Tr. de Manuten. obs. 14. n. 1.* Et talia mandata de manutendo petere utile est, quò pignoratus hoc pacto testetur, quod se non habeat pro spoliato, si adhuc se in sua possessione fundet *Post. d. Tr. obs. 5. n. II.* Si enim se pro spoliato seu potius dejecto haberet, non retinendæ, sed recuperandæ possessionis remediò opus foret, quæ ipsa cum ex generali jure circa materiam interdictorum in obscuro non sint, amplius deducere nolo.
24. Non autem possessoria tantùm remedia dantur pignorato, verùm etiam petitoria; Et in specie quidem actio confessoria ipsi non deneganda, quâ servitutem, vel aliud jus simile in fundo ubi

do, ubi passus erat pignorationem, sibi competere asserit, & ut e cautionem de non amplius turbando vel pignorando præstet, petit, de quo vid. Tit. ff. Si servit. vind. de quo pariter nihil addere lubet; Sed Lectorem ad Commentatores in illum Titulum remitto, Conf. Coler. de Proc. Execut. P. 1. c. 2. n. 294.

Si res pignorata damnum accepit penes pignorantem, actio 25. Legis Aquiliæ ad resarciendum hoc damnum institui potest; hinc in specie, si pecori pignorato pabulum debitum non subministratur, ut pars vel deterior facta, vel penitus perierit, actio- ni L. Aquiliæ locus erit, quippe quæ eo casu locum habet, si pe- cus ita inclusum, ut fame necaretur §. fin. Inst. ad L. Aquil. Quæ 26. actio non tantum contra pignorantem, sed & contra Magistra- tum, apud quem detinentur pignora, locum habet: Ludov. Molina de Iust. & Jur. Tom. 2. Disp. 697. n. 19. In genere enim de- ciditur in L. Quemadmodum. 29. §. 7. ff. Ad L. Aquil. quod Magi- stratus Municipalis, si damnum injuria datum, Lege Aquiliâ te- neatur: postea in specie de præsentis nostro casu subjicitur: Nam & cum pecudes aliquis pignori cepisset, & fame eas necavisset, dum non patitur eis cibaria adferre: in factum actio danda est. Item si, dum putat se ex lege capere pignus, non ex lege ceperit: & res tritas corruptasq; reddat: dicitur legem Aquiliam locum habere, quod di- cendum est, & si ex lege pignus cepit. Si quid tamen Magistratus ad- versus resistentem violentius fecerit, non tenetur Aquiliâ. Nam & cum pignori servum cepisset, & ille se suspenderit, nulla datur actio. Ex quo textu hæc confectaria colligo (1) Non tantum illum, qui 27 pabulum denegat, sed & illum, qui alium cibaria afferentem impedit, ex L. Aquilia teneri. (2) Qui non ex lege pignori cepe- rit, i. e. qui non pignorationem secundum mores legitimè insti- tuerit, teneri lege Aquiliâ. (3) Quicumq; res pignoras reddit tritas & corruptas, quamvis legitimè pignoraverit, ex eadem le- ge Aquilia tenetur. (4) Ob id quod Magistratus contra resisten- tem pignorationi violentius facit, (supposito scil. eum legitimè pignorare) lege Aquiliâ non tenetur. (5) Casus fortuitus rei pi- gnoratæ contingens, aut si hæc sine facto pignorantis perierit, pignoranti non posse imputari. Quæ omnia ex allegato textu dilucidè satis sequi, ad oculum apparet ex ipso contextu. Quo- modo autem tali casu damnum illatum æstimandum, de eo vid. Gail. de Pign. obs. 18. n. 7.

29. Sed an actio de spolio locum habebit contra pignorantem? Puto si injustè facta pignoratio, actioni locum esse; quamvis enim pro spoliatore reputandus non sit, qui utitur remedio moribus approbatò, attamen & licito modo eodem utatur, necessum est. Unde si pignoranti nulla competit possessio, è contrario pignoratus in possessione prætensi juris sit, injusta est pignoratio, ita ut pignorato probante possessionem, pignorans ad restitutionem obligetur *Mev. P. 2. Dec. 107. in fin. Köppen Dec. 41. n. 20.*
30. Non dubito itaq; pro spoliatore ipsum haberi posse, & ex *Can. Redintegranda. c. 3. q. 1.* actionem contra ipsum competere; quod secus est, si legitimè facta pignoratio. Quid vero juris sit,
31. si uterq; & pignorans & pignoratus possessionem prætendat, & aliquo modo probet, quis tunc præferendus sit, tradit *Köppen d. Decis. 41. n. 24. Gail. de Pignor. obs. 22. n. 9.*
32. Quid in Marchia juris, si pignoratus per pignorationem se quadantenus gravatum putet, tradit superius allegata *Constit. tit. 49.* Vermeinet aber der gepfändete/ daß ihm mit der Pfandung zu viel geschehen/ und hätte darumb bedencken/ das Pfandgeld/ Schaden und Futterung zu zahlen/ sol er die Pfände außbürgen/ also daß zweene gefessene Bürgen dem Schulzen angeloben/ wenn er nach Verhör der Sachen befunden / daß die Pfandung billich geschehen / daß denn der Gepfändete sich mit Widerlegung des Schadens/ Pfandgeld und Futterung/ dieser unser Ordnung gemäß verhalten / oder die Pfände wiederumb einstellen soll. Auff welche Bürgschaft der Schulze ihm auch das abgepfändete Vieh wiederumb soll folgen lassen. Und soll alsdenn der Gepfändete wider den/ so ihn pfänden lassen / vor unserm Cammergerichte / oder des Pfandes nächster Obrigkeit einen Vorbescheid suchen; In welchen / wenn die Sache nicht gürtlich beigelegt werden kan / dieselbe zu weiterer Ausführung oder rechtlichen Aussag verwiesen / auch wie es mit den Pfänden zu halten/ verabscheidet werden. Apparet exinde in casu dubio, oblatà cautione dimittendam esse rem pignoratam, ad quod judicem obligatum esse, dixi supra *hoc cap. n. 9.*
34. Sufficiant hæc de remediis juris ipsi pignorato competentibus; Paucis subjiciendum, an non & remedia facti ipsi competant, quibus pignorantis intentionem eludere possit? Et duo quidem sunt, de quibus in Praxi occasione pignorationis litigari solet; Primum est Repignoratio die Gegenpfandung; Alterum
35. resistentia Pignorati die Pfandkehrung. De utroque paucis. Repignoratio (quæ quotupliciter fiat vid. *ap. Paul. Matth. Wehner. obs. Pract. voc. Gegenpfandung.*) illicita quidem esse non videtur,
- cum

cum vim vi repellere omnia jura permittant *L. 3. ff. de l. & l. Mutuæ pignorationes tamen non admittuntur, quia non ad necessariam defensionem, quæ in continenti cum moderamine inculpatae tutelæ permittitur, sed ad interdictum retinendæ Possessionis & sic ad rem familiarem pertinent* *Gail. de Pign. obs. 12. Mindan. in Proc. lib. 1. c. 36. n. 3. & 4.* Imo hujusmodi repignorationes ad deterio-
 36. rem exitum & arma spectant, quoniam animi utrinq; exacerbantur, & dum alter alteri cedere non vult, ad arma veniunt, paxq; publica læditur, quod judex mandatis pœnalibus præcavere debet, eleganter *Gail. d. obs. 12. n. 3.* Idcirco enim judiciorum vigor jurisq; publici tutela in medio constituta est, ne quisquam sibi permittere valeat ultionem *L. Nullus 14. C. de Judeis & Coelicolis & L. un. C. Ne quis in sua causa jus. L. 5. ff. de Acquir. & Amit. Poss.* Hinc ob plurima hæc incommoda in
 37. Marchia expressè sunt prohibitæ per *alleg. Const. der Chur- und Marc Brandenburg. Tit. 49. Die Gegenpfändung aber / weil darauff zwischen den streitenden Parteyen grosser Vnrath erfolget / soll in unserm Lande nicht verstattet seyn; doch da der Gepsändete in quasi possessione juris vel servitutis ist / soll er dabey gelassen / und dem ersten Pfänder das weiter pfänden nicht verstattet werden / und soll auch sonderlich der erste Pfänder durch sein pfänden nicht mehr Recht erhalten / denu als er vor seinen pfänden gehabt; sondern die Sache zur ordentlichen Verhör gebracht / und justificiret werden.* Ex qua Constitutione Marchica apparet, non tantum repi-
 38. gnorationes esse illicitas; sed & si prima pignoratio sit injusta, forte quod in quasi possessione juris pignoratus sit constitutus, nec pignoranti ulterius pignorare licere. Et ne omissa repignoratione damnum incurrisse dicatur pignoratus, saluberrimè cautum, pignorationem plus juris non tribuere pignoranti, ac ante pignorationem ipsi competiit; Est enim pignoratio modus cōservandi, non augendi juris.

Alterum quod attinet, nempe resistantiam pignorati die Pfandkehrung/
 39. illa pariter non injusta, imo magis admittenda videtur, quam repignoratio; Fit enim hac in ipso facto, ubi injuriam mihi inferendam à me repellere cupio; Repignoratio vero fit ex intervallo, hinc minus licita. Metus tamen armorum,
 40. & incommoda, quæ inde oriri possent, faciunt, ut regulariter illicitè quis dicatur pignorationi resistere. Si enim pignorare fas est, eidem resistere est nefas. Jure
 41. Saxonico ita hac de re cautum; *Behren sie sich dann Pfand zu geben wider Recht / man bekümmer sie mit dem Geruffe / hoc est, cum clamore violentiæ arrestari debet* *Landrecht lib. 2. Artic. 27. Richter. Dec. 5. n. 4.* sive ut hoc explicat *Coler. de Proc. Exec. P. 1. c. 3. n. 76.* Denunciandum hoc judici, ut illius ministerio mediante tamdiu detineatur, donec damnificatus satisfaciatur de injuria vel noxa.

Pœna autem resistantis arbitraria est, pro qualitate admittæ violentiæ; quæ
 42. pœna locum habere potest, etiam si quis verbis tantum resistantiam declaret, præsertim si subditus sit, cui verba obsequium suo Magistratui detrectantia, im-
 punita


43. punita esse non debent. Et hinc oblato casu ad requisitionem Perillustris ac Generosiss. Dn. Achacii Baronis de Schulenburg nach Lieberose den 4. Aug. Anno 1670. ab Amplissima Fac. Juridica sequenti modo pronunciatum esse, mihi retulit Dn. Praeses: Daß Inquisiti daran zu vtel gethan / daß sie die im Privilegio enthaltene Vausfuhren zu verrichten sich geweigert / weshalb sie durch zureichende Execution dahin wol können gezwungen werden; Vnd ob zwar noch zur Zeit nicht erwiesen / daß sie sich würcklich widersetzet / sondern sich vielmehr in Actis zu allen Gehorsam erboten / so hat ihnen dennoch nicht angestanden / die gedräuete Pfändung dergestalt ungehorsamlich zu beantworten / daß / wann gleich 12. Bögte kämen / sie sich deshalb nicht außpfänden lassen wolten; welches zwar Inquisiti nicht gestehen wollen / in dem aber der Gerichtsdiener solches endlich außgesaget / so sind diejenigen Inquisiti von welchen der Gerichtsdiener sothane Wort gehöret / insonderheit aber Heinrich Schulze nach scharffer Verwarnung des MeynEndes / mit einem Cörperlichen Ende sich zu purgiren schuldig / daß sie libellirte Worte nicht geredet; Im fall nun sie dergestalt sich purgiren solten / sind sie zu absolviren; Im widrigen über diejenigen so solche Wort geredet / ingesamt mit 20. Thal. zu bestraffen / und die verursachte Gerichtskosten / welche nebst dem Urteilsgebühre auff 12. Thal. moderiret werden / zu erstatten schuldig. Im fall aber sie künfftig gebührende Dienste zu thun / oder der Pfändung zu widerstehen sich unternehmen würden / sind sie mit einer größern Geldstraffe oder Gefängniß nach Beschaffenheit der Sachen zu bestraffen. *B. N. W. Extra hunc casum verò, si cū subditis contumacibus res sit, & pignoratus jus suum sufficienter probare possit, non putarem ipsum resistendo peccare, cum ignoscendum sit ei, qui pignorando in vasus possessionem suam defendere voluit; Et pignorans tali casu non versatur in re licita, hinc alteri defensio non erit illicita.*

45. Hoe certum, multò magis illicitum esse, resistere pignorationi à iudice decretæ, seu quando quis id, quod extremum in iurisdictione est, impedit,

46. *juxta l. un. §. 1. ff. Si quis Jus dicent. non obtemperav.* qua de re ita provisum est in *Const. Marchica* dicta die LandReuter Ordnung de An. 1587. ubi sequentia occurrunt: Würde auch jemand Pfandweigerung thun / und unsern LandReutern oder derselben Dienern auffm Lande bey Ankündigung und Verlesung unser Befehl / oder auch den Dienern in Städten / denen die Pfandung befohlen / mit vorweßlichen Worten / Wercken / und der That beschwerlich seyn / der sol von uns oder denjenigen / dem die Straffe gebühret / dafür jedesmahl der Verwirckung nach ernstlich gestraffet werden.

47. Sed ad portum propero, velaq; contraho; Deo gratias agens maximas pro elementissima studiorum directione; quæ ut in sui gloriam & Patriæ commodum ulterius dirigat, humillimè peto. A Te verò, Benevole Lector, veniam exspecto, si subinde erraiero. Juveni enim in materiâ practicâ, & usu fori incertâ, errasse, dedecori non est, sed laudi potius, veritatem in bivio inquisivisse.

S. D. G.



AB 154038


ULB Halle 3
001 536 303



Sb.


W 17





Dig...





QUOD DEUS BENE VERTAT. 2

DISSERTATIO JURIDICA.
DE
JURE PIGNORANDI
vom
Pfändungs-Recht /

QUAM
MAGNIFICO ICTORUM ORDINE CONCEDENTE,
IN
ILLUSTRI VIADRINA
PRÆSIDE
DN. SAMUELE STRYKIO, J. U. D.
COM. PALAT. CÆSAR. ET PANDECT.
PROFESS. ORDINARIO
DOCTORE ac HOSPITE SUO DEVENERANDO
IN
AUDITORIO ICTORUM
D. April. ANNO MDCLXXVII,
PUBLICO ERUDITORUM
EXAMINI SUBMITIT
CASPAR JACOBUS de JAGOVV.
EQU. PALÆO - MARCHIC.

FRANCOFURTI AD ODERAM,
Typis Hæredum JOHANNIS ERNESTI,